velut multitudo sputaminis debilitas digestionis multitudo ventositatum congregatarum in stomaco et maxime toto ventre inferiori. Hec tamen tria et alia accidentia eundem modum habent theorice cognitionis et curationis eorum cum dependeant aut fere omnia ab una primaria et radicali causa ut inferius declarabitur. Hec in summa videntur esse huius generosi viri dispositiones congregate et copulate accidentibus iam predictis. Declaratio. Ut autem predicte dispositionis aliquid scientifice haberi possit premittendum primo quod cerebrum huius viri declinatur a medio generali et specifico in cerebro per augmentum multum humiditatis excellentis et frigiditatis quam credo in eo accidentaliter acquisitam esse. Et primum quidem horum est mollities vel lenitas cutis capitis colli et omnium partium faciei. Secundum non est ex superfluitate humiditatis quam generatur in cerebro eius propter frigiditatem acquisitam et ex multitudine humiditatis dominio et potentia propterea quia ista duo invicem reciproce secundant: frigiditas enim maior quam debet reddit ipsum humidius quam oportet et e converso humiditas maior quam debet reddit corpus frigidius quam oportet prout patet per tractatum de complexionibus. Apparet autem humiditatis augmentum ex habundanti expulsione earum per sputum per nares et per oculos ita ut est valde facile ad lacrimandum propterea existat. Tertium signum potest deduci augmentum humiditatis propter ipsum valde facile pati et permutari a nubilosis et pluviosis aere propter facilitatem transmutationis a generante proportionali. Et quarto hoc probari potest ex profunditate et longitudine sompni et inclinatione ad ipsum. Et quinto item ex emunctione et fractione ventositatum in capite suo que multiplicantur inter concavum cranei et inter duram matrem et inter ambos panniculos et inter concavitatem eorum et teneram cerebri partem ita quod est per venas et arterias disseminatas in cerebro et per rimositates eius multitudinem ventositates usque ad organum auditus et causat in eo corruptionem operationum et sonitum tinnitum sibilum et similia. Et sexto et ultimo dominium multitudinis humiditatis in inferiori parte capitis et latrina et colatorio que non facile potest esse causa oppilationis aut clausionis colatorii propter quod non leve incurrit periculum apoplexie et aliarum dispositionum sed proximarum. Plura alia potuissem adducere signa augmenti humiditatis in suo cerebro de incrementia sed ista sufficiunt si bene perpendis quamvis aliqua ipsorum supra sint a substantialiter inherentibus alia ab operationibus et non nulla a casibus. Quod vero in viro isto natura cerebri complexio fuerit calida ex pluribus deduci potest. Primo quia bene carnosum est caput facies et omnes partes eius. Secundo quia bene colorate sunt partes. Tertio quia effusiones cum sua humiditate calide sunt actu.

Quarto quia valde facile sudant partes capitis. Quinto quia est tactu calide percipiuntur licet remisse. Sexto ex mobilitate in opinionibus et operationibus interiorum sensuum. Unde ex istis probare augmentum caliditatis in cerebro verum quia supra dixi et iterum affirmo complexionem cerebri eius frigidam esse saltem per mutationem propter augmentum humiditatis in eo. Ideo facile possunt solvi motiva iam dicta. Dicendum ad primum quod licet in eo sit carnositas non tamen est vera carnositas sed a sanguine multo flegmati commixto generata. Et ad secundum negandum quod color eius sit rubeus et vinax sed magis mixtus ex eo et subalbido. Et ad tertium dicendum quod caliditas reputata per humiditatem est valde remissa et congregata ex caliditate innata et adventicia a multis vaporibus ad caput elevatis imposita. Et si sudat non est quia nimia sit calida sed quia subtilis et aquosa cum parum calore commixtum est. Et ad quintum iam dictum est quod remissa caliditas potius arguit frigiditatem quam caliditatem propter tertiam mensuram caloris innatam. Et ad sextum dicatur quod mobilitas in opinionibus et operationibus sensuum interiorum provenit a multitudine humiditatis organorum et spirituum et multitudinem ventositatum presentia quam ex omnibus congregando videre licet. Concludamus esse dicendum quod cerebrum huius viri declinat ad frigiditatem et humiditatem multum intensam respectu sue frigiditatis. Et si iuvenilis intellectus subtiliari vellet posset dicere quod cerebrum eius esset secundum frigiditatem accidentaliter iam declarata et caliditatem naturalem. De humiditatis autem augmento eius nullus habet dubitare. Et ex horum fundamento facile salvari possunt omnia accidentia que in hoc viro apparent. Et primo quidem gravitas capitis provenit a multa humiditate gravitate et quia frigiditas debilitando calorem innatum et permutando complexionem et substantiam spirituum est causa ut gravetur caput eius magis quam leve fiat. Et iterum facile est videre causam gravitatis et gravationum doloris partium colli spatularum et ad iacendum. Nam cum frigida et humida immersa panniculis musculis panniculis et ligamentis est causa illius accidentis. Tertio non accidit cum est debilitas in omnibus orientibus nervis a spondilibus colli usque ad infimas spine ipsius partes. Nec etiam cum hoc quod infrigidando subito alterant et humiditate sua lapsant musculos et nervos a nucha orientes propter quod non sunt organa convenientia virtuti ad motus fiendos secundum oportunitatem. Rursus iterum non est difficile intelligere causam nocumenti in renibus eius. Sunt enim renes eius multo flatu pleni quod quamvis causa esse debeat difficultatis mictus propter ventositatem ipsius et frigiditatem. Et iterum mala complexio frigida cum flatu illo est causa doloris extensivi et gravativi in eis propter caliditatem quam donat ratione decursus

Cerebrum ad frigiditatem et humiditatem multum declinatur

gravitas capitis

dolores partium colli

de renibus

apostemata generantur in renibus

etatim non dubito quod in renibus eius sunt arenule multe primo et lapilli. Caliditas enim vincens agens in materiam illam siccitate et viscositate sua aptam induravit valde facile vertat ipsam ad lapideitatem ut collectum est ex 18a 3e capitulo de generatione lapidis in exordio eius et hoc potest esse accidens aliud consecutivum ad dispositionem vel nocumentum generatum superius prestatum preterea autem intellige quod si materia illa diu figeretur in renibus dolores extensivos faceret et iam fecit in eis. Et si materia illa arenis et acuitas effusa colligeretur in carnosa parte renum et porositatibus eorum valde facile apostema generaret in eis his enim modis apostemata generantur ut collectum est 2o regni parafo illo particulum est effundi in medias regiones. Si autem vene tales a putredinali caliditate evertetentur tunc valde facile est hoc quod generarent febres permixtas vinibus et in poris urinalibus excoriationes vesice efficere possent. Vide ex istis quot et quam arduis periculis humanum genus expositum est.



At non inutile esse sextum articulum principaliter non leviter speculandum est. Est enim de secretis nature individuum non esse fecundum. Oportet enim fecunditatem consequi debitam dispositionem complexionalem et compositionem membrorum que generant instrumenta et materias generationis. Patet autem quod instrumentum generationis principaliter effectivum est spiritus generativus aggregatus ex animali vitali et naturali spiritibus. Oportet igitur hec membra esse debite disposita scilicet cor cerebrum et epar si debent generare spiritus vitales animales et naturales. Ex quorum omnium commixtione fit spiritus generativus nominatus sive hec generatio fiat per occursum et commixtionem utriusque trium adinvicem sive fiat per alterationem ipsorum simul sive fiat per convenientem commixtionem et assimilationem substantialem utriusque illorum trium per quam corrumpantur et assimilentur in alterum sicut in quibusdam vera commixtione necesse est fieri. Corrumpuntur enim omnia que commiscentur super vera commixtione primo de generatione in fine et tu considera quia iste est punctus eximie speculationis. Concesso enim isto oportet dari quartum spiritum in corpore humano perfecto et non orbato generationis et productionis sibi similis etiam actu tamen non esset valde difficile teneri tres esse spiritus necessarios ad individuum humanum constituendum quartum non spiritum esse ad speciei conservationem. Et primi quidem tres vitalis animalis et naturalis spiritus nominati sunt. Quartus non generativus nuncupatur. Utrum autem hic generativus spiritus generetur in corde sicut spiritus vitalis generatur in eo quem peripatetica tenet quodammodo esse materiam animalis et naturalis aliter tamen et aliter modificatorum in cerebro et epate ut simul concederet Aristoteles et phantasie medici. Non est hic magna cura omnes concordant concedit quod ad hoc ut spiritus fiat instrumentum conversive anime sensitive et motive necesse est spiritum recipere perfectionem in cerebro. Et ita dicit de naturali spiritu quod ipse recipit ultimam perfectionem in epate. Et ita concederet quod generativus spiritus ultimam recipit perfectionem in vasis involutis secundum Aristotelem et intestinalibus secundum medicos licet originaliter habuerit principium sive productionis in quolibet membro principali. Et hoc quidem colligitur ex prologo a principe xx 3e capitulo de causis generationis cum dixit quod oportet ut ei sit generati et generativo spiritui in sit ex omni principali membro fons et origo. Propter quod ex hac materia videntur consequenter corroborata plurima propter quod fatui amentes stolidi et melancolici raro generant. Et hoc propter distemperiem in ipsis membris et maxime nimio minuentur in cerebro. Tertium corde quod iracundi furibundi tristes et angustiati habentes magnam raro generant propterea quia iste egritudines arguunt magnam distemperiem cordis propter quam et tunc frequenter resoluti lipothomici et sincopizantes non bene generant vino raro nisi in muliere virgine. Tertium corde quartum est quod ydropici hypatici leucoflantici et asclitici nunquam generant et si generant corrupte efficiunt. Propter quod ultimate concluditur quod quicunque intendit ad generationem et fecundus esse vitam suam regulare debet in actibus sane et operibus virtutum vitalium et naturalium medium tenere quam magis est possibile. Et hoc quidem tam in viro quam in muliere est necessarie veritatis conclusio. At vero quantumcunque concedatur generativum spiritum in quanto et in quali perfectum recipi nisi seminalis materia convenientem haberet ad generationem. Nunquam fieret conveniens generatio. Variantur enim acto inspecta activorum et passivorum multum excellenter propter in dispositionem aut dispositionem materiarum in quibus agunt agentia quantumcunque enim celestia corpora et impressiones aeree que generant hominem per se bene disposita requiruntur si sanguis menstruus esset nimium aquosus fluxibilis non debite retentiva in passionibus in ipsum facere aut non esset in ipsum receptiva propter siccitatem ipsius grossitudine aut viscositatem. Necessarium esset ad membrorum factorum generationem dispositus. Et si superveniet ei sperma aquosum frigidum paucum spiritus nequaquam posset fieri generationis receptivum. Sicut enim fermentum nimium aquosum antiquatum grossum et semicorruptum farine et aque mixte ad invicem suppositum non bene fermentat eam et econverso quam feminum viri commiscetur sperma mulieris si habet sperma prolificum neque tamen ab aristotele. Aut permiscetur ei sanguis menstruus nimium frigidus et extinguit semen viri aut exsolvit ipsum quia nimium humidus et fiat ipsum fluxibile et istis nequaquam potest vera et conveniens inveniri prolificatio. Ex quibus omnibus tamquam ex fundamento intelligi potest causa prohibitionis generationis in hoc viro cum in amplissima inveniatur humiditas in cerebro et aliis principalibus ut predictum est. Non apparet inrationabile si hic non est bene fecundus quantumcunque eius conspes et uxor bene sana existeret quid quod affirmandum esset si uxor eius

etiam in predicto distemperata existeret. Ex
quibus omnibus colligitur quantum est difficile
intelligere causas sterilitatis in viro et muli-
ere. Colligitur 2o quantum est difficile reducere
ad fecunditatem viros et mulieres steriles.
Colligitur 3o contra trapellones medicos quod
non est data una medicina impregnationis et fe-
cunditatis effectiva causa sicut dicitur quod man-
dragora a quibusdam illud affirmatur
et reditulosum creditur de nepita quod sepissime
matrem capo de calamento dicunt inquit ferunt
quod castus inpugnat odore suo. Ultimate
concluditur verificatio 7i accidentis videlicet hec vi-
ineptitudo ad generationem. Jam non apparet satis
finale et intelligi posse causas sexti accidentis
videlicet difficultatis anhelitus. Multe namque inne-
flate acapite ad pectus eius effuse cannu-
las pulmonis et vias eius angustas opi-
lauerunt et totum pulmonem debilitauerunt
a conuenienti dilatatione et sistole ipsius propter
quod cum recipiatur debita quantitas aeris euen-
tare debet crescit calitas que facit ad virtute
magnificandi aut velocitandi motum plonis
et iam fumositates et inde recepte incitant vir-
tutem et cogunt ipsam ad magnificandum et
velocitandum et frequentandum sistolem cum
quo istorum cause perseuerant tunc necesse est no-
cere anhelitum magnitudine velocitate fre-
quentia tarditate et raritate et paruitate secundum
quod cause harum dearum productiue diuantur
et sibi diuantur aut aliter variantur et hoc totum
non est aliud quam esse nocumentum in anhelitu
ita ut quando non possit bene dilatari pulmo et
pectus quam frigiditas et calcitas (?) accensa in corde debi-
litas virtutis et obedientia organorum anhelitus
propter intrinsecam materiam et distemperie earum. Cum quando
in hoc viro anhelitus est paruo velox et frequens
quando non magis tardus et rarus propter debilitatem vir-
tutis inobedientiam organorum et fortitudinem materie. Et
quando parum aut nil molestatus quando non intrinsecum et
hoc est 1o quod intellexit princeps xa 3ii co d'asma
te dum inquit quod si est oo quando euoluitur per pa-
roxismos. Et iterum ex hoc apparet facile intelligi
posse propter quod iste vir grauatur magis quam post
quietem longam incipit ambulare et quando
per scalas vel montes ascendendo progredi-
tur cum in motu dilatantur et extenduntur
inde et magis infiguntur in membris vel magis
canales et vias replendo pulmonis sunt
cause nocumenti maioris in anhelitu et ea-
dem ratione cum infigantur inde in musculis
et membris voluntariis et animalis motus magis
nocent et apparet quod est leue querere consilium
contra accidentia et egritudines diuersas difficilem autem
est declarare et soluere eas quam soluere vincula
non est ignorans electorum primo. Ex omni-
bus igitur horum fundamento colligitur quod cum omni accidentium
et nocumentorum huius viri est mala complexio frigida et humida
cerebri et cordis et genitalium membrorum ipsius.
Colligitur 2o quod materialis causa huius est flema muc-
cillaginosum et aquosum quibus commiscetur
aliquid serositatis colere licet parum. Sequitur
3o quod antecedens causa harum dispositionum est concepta
in venis pannicolorum cerebri pectoris et geni-
talium. Sequitur 4o quod coniuncta causa est in
necessitate poris cerebri pulmonis et membrorum
anhelitus et generationis. Sequitur 7o quod non inuenitur aliquod
membrum in hoc viro remansisse conueniens
se huius magis quam epar a quo supposito ab operi-
bus communibus attribuitur ei scilicet virtutis attrahendi
alimentum primum scilicet chilum in quo humores primos
retinendi ipsum et virtutis huius expellendi
vel depurandi humores quorum a superfluitatibus
et delegandi ipsos ad loca nutritionis appo-
nendo vniendo et assimilando. Et quoniam hec
accidentia predicta videntur esse suspecta et tioro-
sa multum apparet in hoc viro necessarium esse regimen
festine et sollicite prouideri eius quod ut sequen-
do declarabitur particulariter. Regimen sex rerum
non naturalium continetur in 1o consilio quod incipit
vir egregius et in Jure canonico licentiatus.
Explanato itaque regimine huius viri per res
non naturales medicinale regimen eidem declaran-
dum est. Pro cuius fundamento premittendum primo
quod licet accidentia nouem molestant hunc generosum virum
principalis tamen egritudo est mala complexio frigida et
humida totius corporis et maxime cerebri ipsius
que siue fuit agnitione talis siue tempore non est
modo disputiendum cum appareat in viro isto
multitudo materiarum frigidarum que sunt aquose
et muccillaginose primo et secundum partem sufle-
mata vitrea que vllomodo generari et multiplicari
poterit via generatione in epate suo a quo complexionatum generatione
in cerebro stomacho et in aliis locis nisi complexio naturalis
aut accidentalis declinaret a medio per augmentum frigiditatis
et humiditatis. Cum igitur hec omnia in hoc viro nobili
sunt manifesta ut in primo principali capitulo demon-
stratum est. Oportet regimen omnium instrumentorum medi-
cinalium substentari super hoc fundamento propter quod
in applicatione medicinarum que aduersari debet
male complexioni et materialibus causis predictis
octo videntur in necessitate intentiones curatiue
penes quas diuersificatur regimen omnium instrumentorum
medicinalium. Et prima intentio erit mino-
ratiua materiarum euacuatio. 2a et illarum diuersio.
3a erit ipsarum rectificatio et digestio. 4a erit
regiminis in qualitatibus primis et 2is quarun-
dam similiter medicinarum conferentium ad predicta ac-
cidentia electio. 7a non erit eradicatiua pre-
dictarum materiarum euacuatio. 6a confortabit pri-
ma instrumenta conceptiua male complexionis frigide
et humide huius viri. 1a non sollicitabitur complectum
consuptorum materiarum predictarum. 8a et ultima et
ponet quedam instrumenta cordi cerebri stomacho
et renibus conuenientia in qua non nulla simplicia
et composita medicamina secundum sententiam illustrium
auctorum conscribentur que viros et mulieres
de sterilitate reducunt ad fecunditatem et tunc
erit opusculi finis. Pro intentione prima ex-
ecutioni mandanda premittendum quod oportet istam

Difficile est re-
ducere viros et
mulieres ad fecunditatem

ponet instrumenta in simplicibus quibus
viri et mulieres possunt adduci ad
fecunditatem

minorativa mās hēc virtute attrahē
di flāmas mās pditas a capite stō a
pectore et renibus et a musculis et circūa
libus ptibus Cū iste nobilis nō leviter
sit grauatus ad vomitū inclinarem Cū ita
q₃ vno mane in aurora fuit distās a
cena passūpta p nonē horas accipiat
has pillas Rx pillarū cochiarū pillarū
de ßtorolla descriptōe Mesue in capº suo
ān ʒ s in corporēt cū yera simᵉ et fiant
pille vij et assuant omīs postquarū as
suptōm 7ᵃ hora accipiat ciatū vini ple
nū aqua ordei zuccarata et post p vnā
horam accipiat prandiū neq₃ sup ea dor
miat nisi valde parū quia debiles sunt
Si aūt nō diligēt accipē pillas tūc accipi
at hanc medicinā Rx mell' rosati ℥ j s
agarici elcī ʒ j pulvis hiere ℈ j 33 vio
larū cinamoni ān grana quatuor sal' gemme
grum vini zucc' ℥ s incorporēt omnia sl
et accipiat totū Et si adhuc ꝑ amaritu
dinē abhominaret hac mediciā accipiat
hanc 2ᵃᵐ Rx clỹ indi ʒ j s bidere ℥ s her
modactilorum ℈ j 33 mastic ana grana tria misce
et accipiat cū medio ciato vini albi subti
lis et aromatici et qualiscūq₃ de mīo harum
medicinarum accipiat post eam obseruando co
dicōs que scripte sūt assūptōe pillarum ͠s ᵉᵗᶦᵃᵐ
obseruari debē Et hec de minoratiua eua
cuacōne sufficiant Pro intencōe nō 2ᵃ
est mērū diuisio p qua pmittendū primo
q₃ si iste vir in etate adolescencie vel pue
ricie soluit hēc fluxus emorroydarū nulla
melior poss₃ inueniri spēs diuisionis q̄ra a
perire eas vel fricando ipas cū felle tauri
aut cū foliis fici recentib₃ vel siccis vel 3º cū
foliis consolide maioris Et 4º cū panno
bisello bn̄ aspero Aut 7º pungēdo eas cū
setis porcinis vel cū flebothomo ultimo
sup ponēdo puā ventosam cū vle am Et q͠a
litrum pmittatur apiatur exire sanguis usq₃
ad debilitatem virtutis exclusiue Si aūt
ut frequēter contingit fluxus sanguis sup
fluēt tūc supponatur hoc medicam Rx
acacie lapidis ematites gūm arabici
dragaganti fuliginis iucti ante faciē fur
ni ān ʒ ij pulz omnia subtilissime et coq
sentur cū albume oui cū quo totū vel stu
pa de lino pus in aceto nigro infusa et
bn̄ expssa madefiat deinde cū eo cple
fiteri Et si itm̄ pseuaret carū emoro
sagia tūc exibeatur ei pille de bdelio de
scriptōe Ras₃ 9º almāsoris capº de emor
royδibus ragadys et fistul' in ano de
quib₃ paciēs semp ante prandiū et cena
p duas horas accipiat tres et in auror
accipiat de eis vij vel octo et feliciter ibi
cuius cura Secūdus mod9 diuidēdi mās
ē cū p uoritib₃ vrinā dequorū mūo ta
sūt instruā secura et elegātiora quorum pmᵐ

Rx aque mulci solis ℥ v et bibatur in au
rora calide Et si volius fortius illo acci
pe aque apij rubee tinctorum et fu ān ℥
j s Accipiat totū ut s̄ Et si itm̄ volius
medicam fortius tūc Rx rubee tictorum
spice nardi grūorum orobi fu et men semis
apij aniß femīʰ ān ʒ j pulz omnia p̄st
deinde comisceant et cū succo apij fiat
ex eis pille de quib₃ in aurora accipiat
℈ iiij aut ʒ j s Et de eis ē accipiatur
ante prandiū et cenā p horam cū dimi
dia quatuor vel quinq₃ et sūt utiles et mag
prouocatōnis et secure Et credo ego q₃ ꝑ gt
diuersiōnē p emorroydes nulla eet spēs
diuersiōnis melior et securior q̄ vrīe p
uocatō Si quis aūt diligēt mag mērum
diuersiōnem p vent' pruocationem tūc poss₃ fieri
hoc cristere Rx foliorū malue virtuall'
et blete ān m j foliorū altee m ij seis
lini m j s furfur' m ij coquit omnia in quatuor
situl' aque vsq₃ ad cōsuptōnem medietatis
Et de tali colatura cū expssiōe bona ac
cipiatur ℔ j oli de sisamo oli liliorū alborū
et de aneto ān ℥ j s sal' comūs ʒ s bndicte
vj zucc' rubei cassie f ān ℥ j s misce oīa
et cū eis medioct' calidis fiat cristē dūt et
puetē dicitere mās hec pille Rx aloes
epatici ponderosi et bn̄ pinguis ℥ ij masti
cis semis apij fenil' et aneti ān ℈ s dya
grydij ʒ s macis cinamoni ān ℈ j sal' idi
℈ ij infūdant omnia subtilit pulūzata in ℔
s sucii lupulorum et ponatur sub radys solis et
exiccent postea aūt bis renouē succus
et exiccent et de mā remanēte fiat pille
de omi ʒ vj de quib₃ accipiat an cenā du
e vel tres Apiūt eni ventrē dūt et medio
cē educēdo mās fecules et alias in uenis
ppinquis inuictas Put ē quā dicti mē
fricacōs ad instratas a pedibus usq₃ ad
genua et ab ill' usq₃ ad igūa de quib₃ us
ad nates de et de natib₃ usq₃ ad spatulas
et de manib₃ usq₃ ad humeros reuoluēdo fiat
fricacō cū pano aspero semp ad infiorat
hendo usq₃ quo ptes fricate efficiat rubee
et bn̄ cade actu 7º itm̄ dicti put mē p
applicatōm ventosarū absq₃ scarificatōe que
apponā domesticis ptibus cānos tibiarum et
coxarum aūt ponā sup nates aut 3º sup spatu
las intelligēdo ipas semp applicari debē abs
scarificacōe Et si quis desidaret mērum
euacuacōm cū euacuacōe manifesta nūlū
eet in dūs ad instrare flomiam in hora clara
de vena nigra purpurea vel com in brachio
dextro vel sinistro in curuatura eius aut de
vena basilica ibidem apud cubitū infius
incta p quā extraheret quatuor vel quinq₃ ℥
sanguinis In vio cū isto mūtū cār sanguis
notabilr ꝑ bonam dispōm epatis et h̄ de in
tencōe diuisiōnis mērum dūt suffīcē mater
2ᵃ nō intencio pmissa laborabat ad mērum

De emorroydibus aperiendis et constringendis

digonez que cu iter nistrunt opleri pot quod
primu e hoc Rx aque capillorum veneris aq
vulei solis aque ysopi an ʒ. j. s. misce et ca
lide assumant in aurora post que tarde ci
bus horis quatuor Capillus enim veneris
respicit pectus cor et vias urinales qui licet
temperatus existat tamen e tante prouocationis
quod de eo scribit auerroys 7o colliget quod erat
prouocatiuus in 2o gradu Nileum sol' aut re
spicit epar stomacum splenem et vias urinales
digerendo materias que in eis. ysopus est de melio
ribus medicinis capitalibus pectoralibus stoma
calibus epaticis splenetis et consequenter flati con
ueniunt in digerendo et distrahendo ipsum a
membris illis 2m dignum delectabilius illo est
hoc Rx syr. de ysopo ʒ. j. syr. aceti compositi acetosi ʒ.
s. aque feniculi absinthii et apii an ʒ. j. misce
et totum calidum exibeatur 3m dignum e ?ius hoc
Rx specierum dyacinamonum specierum electuarii de ligno aloes
et dyamusci dulcis an ʒ. j. zuccari ?ce coctionis
quia calidius e tabarzeth ʒ. v. cum aqua be
thonice fiat confectio in rotulis denarium ʒ. de
quibus semper una in mane ante cibum et altera
post ipsum et 3a in aurora accipiatur Tales
enim confectos licet non sint liquidi tamen sua a
cro facile penetrantes ad remotas partes et
minori tamen virtute digere possunt materias propter
moram quam contrahunt quam ea que cito pe
netrant Et fortassis ista fuit causa propter quam
ueteres viri illustres materias digerebant cum con
fectionibus electuariis trociscis et puluibus quos pul
ueres arabici ueteres nominant vinir Greci
autem nominant eos susuf. Nos non ytalia me
dici nominamus trageas 4m dignum Rx trisco
rum de spica descriptione Rasis non quod nono al
mansoris trociscorum de eupatorio descriptione
Auicenne 7o canonis an ʒ. j. cum succo absinthii for
mentur trocisci et exiccentur in umbra de quibus cum
exiccati fuerint detur ʒ. j. in potu post ultimam con
fectionem eorum cum ʒ. ij. aque maiorane uel
bethonice Et si paciens timet abhominationem
uel amaritudinem tunc ex eis puluizatis for
mentur pille quinque uel sex et accipiantur in
aurora Ego autem ex eis exibere soleo pil
lulas tres per horam unam ante prandium et to
tidem ante cenam et quinque ex eis offero in
aurora et ita conueniunt et sine vomitu
digero materias febrium et omnium egritudinum Similiter e
digeri possunt nunc conuenientur per administrationem electua
riorum mollium sicut erat antiquorum consuetudo
propter quod optimum censet electuarium dyambra nominatum
dyamuscum dulce dyacinamomum aromaticum
rosatum descriptione Gabrielis dyacalamentum dy
asyris et electuarium de gemmis et electuarium de ligno aloes
descriptum ab Auicenna 7o canonis summa prima hec n
omnia conuenientia sunt ad digerendum materias fla
ticas et frigidas alias immersas in profunditate membrorum
quorumcumque et aromaticitate sua vigorans membra
illa et a multiplicatione superfluitatum defendunt ea
Soleo autem ego in aurora ex eis exibere ʒ. s. simpliciter

deglutitam aut saltem cum aqua calamenti be
thonice uel saluie calefacta potatam Neque timeo
o de eis exibere quantitatem castanee uno in
mediate uel parum ante prandium et cenam Et
uideo omnia prospere et conuenienter in succe
dere Altissimi tamen prouidencia magis quam in consci
entia mea et hec de intentione digestionis et istius
eius talia sint 2a intentio laborabat ad
inueniendum aliqua medicamina actiuibus
huius viri conuenientia capitis grauitati et oppi
lationibus cerebri et spatularum et pectoris conple
tionem conuenientia sunt hec omnia nostra primum e xilo
balsamum conditum de quo cocleare unum in
aurora deglutiendo comedat Et e aliquid
de eo accipi pot in mane post cibum Similiter er
huius intentioni confert cubebe iij uel quatuor
in mane masticate exprimendo superfluitates
dissolutas per eas Et radix et genciane
masticata optima est si non timeretur eius a
maritudo et nux muscata diu in ore retenta
magnifice confert capiti et omnibus oppi
lationibus cerebri Et confectio de acoro
post cibum comesta usque ad mediam ʒ. Et
calamentum recens in principio prandii et cene co
mestum cum ysopo et sine illa e ualde
conueniens Spatularum aut tensioni et
grauitati confert fomentatio facta cum foliis
betthonice calamenti lauri rosmarini et
silium cardorum et in unctione ipsarum cum oleo yrino
calefacto uel cum oleo de nucibus citrinis aut
cum oleo de anacardis quod adhuc
melius est uel cum oleo de piperibus et
de croco hec omnia aut ipsorum aliqua
uel simpliciter aliquid ex eis accipiendo sol
lempniter confert et madefacte pannos
de lino in aqua vini et bene expressos et
calefactos apponere spatulis tollit omnem
earum lapsitudinem sine per eam mitigatur
notum in sensu uel in motu in uectu At
uero si huius viri pectus constipatum per
piatur quod apparebit per aliquam spe
ciem dispnee id est noti anhelitus eidem p
uidendum e in sero ante soporem deglu
tiendo ʒ. j. electuarii de calamento descriptione
Nicolai in antidotario Et si raucus pacietur
nox eius eadem hora deglutiatur dyay
ris ʒ. j. descripta ubi supra aut saltem bibatur dis
soluta cum modico vini albi dulcis parum cale
facti dyalacant hec enim talia pectus apie
ndo oppilationes eius dissoluendo materias et pro
uocando sputum At uero si motus tremulus
cordis ad esset tunc accipiat puluis zedo
arie ʒ. j. et dissoluatur cum aqua decoctionis
croci et fiat ex ea linimentum sub mamilla sinis
tra Zedoaria enim confert tremori cordis
vehementer valde et precipue a frigore uel frigiditate
facto Si aut stomacus eius nausearet
et abhominationem haberet tunc confert pille
eidem ?te in intentione diuisionis et electuarium de
xilobalsamo supra stati positum et optimum istorum est

contra grauitatem capitis cibus et pectoris

tremoris cordis

Ad hanc intencionem inunctio ex oleo nardino
cum puluere anisi facta in qua intinctum sit bombacium to-
tum uel lana et stomaco actu calida superponatur
Si aut paciens in epate opilato per tensionem
ibidem reputauit tunc remedium insistendum de localibus
ad extra et eupatorium recens calefactum fomen-
tando ipsum epar sub ypocundrio dextro aut
detur · ȝ · una trociscorum de spica cum ℥ j · aque
absinthii percalefacti aut saltem eidem exibeatur
in aurora electuarium de lignoal' · ȝ · j · ß · cum ℥ ij · aque
yris aut · capillorum ueneris calefacte Do-
lori uero renum eius si superueniret prouidendum
est fomentando eos cum paritaria recenti ca-
lefacta aut cum furfuribus et milio Et meli-
us illud est fomentum factum cum spillo recenti ca-
lefacto et renibus applicato et est de expertis
meis Et scio etiam ego quod tales dolores conue-
nienter aufert offerre ℥ iiij · aque capillo-
rum ueneris calefacte cum medio ℈ · croci cum
in aurora exibentur et experiencia certificatus
sum quod exibere ȝ · j · tyriace andromaci cum ℥ j · ß ·
aque eupatorii est ualde conueniens ipsa enim
confert doloribus renum ex pluribus causis ad-
uenientibus et pluribus modis iuuamenti
sicut Galenus tractat sua prima de laudibus tyriace
colligendum hec in summa uidentur michi sufficere pro
intencione quarta eligendi medicinas non nullas
conuenientes accidentibus quibus pluribus molestatur
hic uir Neque existimandum est quod hec omnia
uel eorum plura simul coniungi debeant si sa-
pienter intelligendum est Nequaquam enim esset
possibile tot et tanta medicamina confusa ad-
ministrare Cum neque uirtus pati posset eorum
operacionem ne illa actuare posset Pro intencione 7ª
pilule aperiende describantur primo hoc compositum
℞ agarici electi ȝ · j · hermod ℈ · ij · turbit albi
lenis et gummosi ȝ · ß · ℥ ℈ · j · sal gemme gra-
na iij · diagridii gr. duo puluerizentur omnia per se et
misceantur in ℥ iij · aque eupatorii per diem natura-
lem Post hec calefiat et commisceatur et fiat
earum colatura cum expressione forti et illi co-
lature addatur zuccari ℥ ß · et totum hoc calidum
bibatur obseruando post id regulas in potionibus medicina-
tiuis descriptas Si uero eger abhominaretur hac
infusionem tunc exibeatur ei pillule iste ℞ pillularum
fetidarum pillularum de agarico et de hermodac-
tilis ana ℈ · j · fiant pillule vij · uel octo cum succo
rosarum et exibeantur omnes · 3ᵐ eradicatiuum
potest esse puluis iste ℞ turbit electi pulueris her-
modactilorum ana ȝ · ß · diagridii grana · j · ℥ · anisi aniceos
liquiricie ana gr. v · puluerizentur omnia per se et co-
misceantur Et totus hic puluis bibatur cum ℥
ij · aque eupatorii zuccarate et calefacte obseruan-
do post hoc modos in aliis euacuatiuis obser-
uandos et descriptos Si aut eger desideraret
accipere electuaria tunc conueniens erit electuarium indum
electuarium de dactilis et est diaffinicon nominatum
electuarium elescof · descriptum mesue in antidotario
et plura alia que hic propter grauitatem pertranseo cum pre-
dicta bene sufficiant Pro intencione uero sexta

expediencia pertermittendum primo quod plurima
illorum que scripta sunt in intencione prima de
minoratiuis in intencione 2ª de digerentibus in in-
tencione 3ª de confortantibus ad accidentia diui-
sa ad hanc intencionem adaptari possunt Quis
enim dubitat quod minorativa digestiua correc-
tiua accidentium et eradicatiua medicamina
sufficienter corrigere possunt mala complexionem frigidam
et humidam huius uiri Uerum ad hunc inueni-
untur plurima a sapientibus laudata Primum est
usus tyriace andromaci propter multas causas
et precipue quia ipsa confortat calorem in natura
7º can. ubi s. Secundum uero est usus metridati 3ᵐ
est usus electuarii dyantos 4ᵐ est potio magna
· i · electuarium nominatum potiua · i · saluatrix 5ᵐ est
althothegim magnum 6ᵐ est electuarium dyalacca
7ᵐ est electuarium dyacurcuma nominatum 8ᵐ
est electuarium dyambra nominatum quorum omnium
accipiatur a ȝ · j · usque ad duas deglutiendo
ipsum aut dissoluendo et bibendo cum aqua
calida distillationis maiorane uel rosma-
rini propter cerebrum et buglosse uel melisse
propter cor et ysopi uel prassii propter pectus et absin-
thii et mente propter stomacum et eupatorii et a-
pii propter epar et tamarisci uel scolopendrie propter
splenem et fu et meu et capillorum ueneris
propter renes que omnia aut ipsorum aliqua tepi-
da aut parum calida exibeantur cum aliquo
de predictis electuariis in aurora uel per tres
horas ante cibum hec enim sufficiunt complexionem
hominis a temperamento suo elongatam ad frigiditatem re-
ducere possunt quantum ad temperiem consuetam Et tu con-
sidera predictorum uirtutes primas 2as 3as et 4as
et inuenies horum utilitatem et hic de intencione 6ª
Pro septima uero intencione puto iam appare-
manifestum esse quod omnia instrumenta que posita sunt
in intencione 6ª precedente conuenire possunt et er-
mare materias in predictis membris remanentes
Uerum scitum est quod galanga est de medicinis
consumentibus materias frigidas in cerebro habundantes
et grana cum cubebarum deglutita causa
dormitionis multum et confert ad hoc Et flo-
res rosmarini comesti post cibum mirabiliter
ad hoc confert et odor maiorane sicce et re-
centis etiam est ualde utilis et super assignare pro ma-
teriori capitis sero et mane aliquid de puluere
gariofilorum est potens medicina ad consumptionem humi-
ditatum frigidarum capitis sicut placuit auenzoar
primo theysir capitulo primo Ego uero non minus iuuatiuum
inueni in puluerizacione predicte potest cum puluere
de electo ligno aloes facto prassii aut ysopi enule
et calamenti usus in cibis consumunt materias frigidas
in pectore habundantes Cordis aut su-
fluitates exiccant et educunt succus enule mel-
lisse saluie maiorane macis et zedoarie
Puluis uero camedreos in cataplasmate storacis
calamite et spilli mundat stomachum a superfluitatibus
frigidis Splenem uero expurgat aceti cortex
capparorum tamarisci scolopendria et similia
epar autem mundificant et in eo materias exiccant calamus

aromaticus opobalsamum

aromaticus opobalsamu xilobalsamu
et carpobalsamu et fu men et aristo^a
longa 7 rotunda Renibus uo confert
grana milei solis sepe de glutita sem
apij rubea tinctorum radix liquiric^e ac
pitheos dapneta 7 reuen ppe et e matta
ria de qua in disponibus rerum uide lau
des 2o tract. capo de reuen Si enim her
sim^ta codiunt^r cu cib' et ex aliquib' cor
fiant decoctos sy^i julep troisiti costrones
et tragee et dent^r ad comedendum ul' ad
bibendu no e dubitandum tales posse pro
ducere opones rasificates pdicta mebr^a rsuen
tes mas in eis habudates et tu consi^ra
h oe ra p quatitas uirtutes i me^mb in
ueta ut 3 tactu e Et h de intentione 1^a
bu sufficere put

De descensu menstruorum albarum a matrice

Generosa et prudentissima consors nobilis viri domini nicolai de comitibus laborat labi egritudine que est descensus menstruorum albarum a matrice Et hec quidem menstrua descendunt ab ea cum corruptione manifesta quod comprehenditur sensu olfactus ex fetore concomitante eas cum expelluntur hec menstrua nullo tamen associato fetore Et est quidem egritudo valde magna infelicitativa dispositionis membrorum mulierum adeo quod frequenter tussicunt in ydropem et si non aliud nocumenti efficeret in eis tamen ut in pluribus facit eas steriles licet prius fecunde fuissent et aduc si contingeret eas impregnari licet raro fiat id aut producuntur ad aborsum aut fetum infelicem et non sanum pariunt unde propter hoc nititantur in curatione sui Et hec quidem est illa dispositio in qua pariter negotiati fuerunt auctores quantumcumque illustres fuerunt sive arabes sive caldei sive ytalici fuerunt ut in alio magno tractatu declaravi in scripto ad celeberrimam uxorem domini ugutionis de contrariis licet cum hec egritudo poterit in esse matrici propter colligantiam nunquam tamen in eis invenitur per colligantiam quia est per inviter in egritudines per essentiam matricis quam egritudines que per colligantiam fiunt non diu perseverant quin tumscat in eas per essentiam ut collitum est subtiliter 2a primi canonis de complexionibus dispositionibus propter hoc aut egritudines per colligantiam efficiuntur per essentiam quin diutine sunt et econtra velut in hac generosa domina manifestum esse potest Est autem in ea non cursus matricis non fluxus magnus sed satis mediocris procedens ut in pluribus dato quod motibus periodicis se extendet Puto autem in hac domina huius cursus cause fuisse plures Prima causa aborsus precedens 2a est coytus multiplicatus 3a in post coadiuvans immoderata emorosagia in periodis menstruis precedens vel continuans 4a vehemens matricis infrigidatio a multitudine ... lacticiniorum ciborum pastilium et piscium 6a paucitas calefaciendi renes et matricem 7a et ultima primum longa sessio super lapidibus et rebus duris quecumque ergo fuerit de numero predictarum causarum patet quod matrix huius domine adeo debilitata est quod sanguinem in ea susceptum et attractum gratia nutritionis propter conversionem assimilationem non potest ymo remanet indigestus et cum in fleumate convertitur propter debilitatem innati caloris matricis ne tercearis a sophista si contra te arguat quia sanguis est humor perfectus conversione genitus ergo non potest converti in flegma aut est collidum prima primi de complexionibus membrorum ut tamen 3a quia dato illo sequeretur quod coctum posset mandari contra declarationem phylosophorum hunc modo dicentium quod coctum remanens sub forma cocti vel cocti nequaquam incrudari potest sed quia sanguis

convertitur in flegma propter [illegible] convertitur materia ergo que fuit sanguis sive sub forma sanguinis convertitur materia ergo que fuit sanguis sive sub forma sanguinis convertitur in flegma et hec propositio et si bene consideratur plurime predicarum causarum ad hanc egritudinem inducendam vel conductam concurrerunt ut ipsa in serpam considerando verificabit Oportet autem de necessitate intelligi huius mulieris matricem maxime debilitatam esse intantum quod sive ipsa hec menstrua corrupta multiplicentur propter debilitatem sui sive aliunde ad ipsam expellantur non possunt in rectificari propter debilitatem innati caloris ex ipsa ex quorum signis hoc verificari poterit Primum est quia hec menstrua non raro expelluntur fere 2m quia quasi insensibiliter effluunt 3m quia non tantum delectatur in coytu quantum solebat 4m quia neque semen viri receptum detinet ut retinere solebat Et hec sunt in separalia signa debilitatis propter matricem Unum ex hoc fundato sequitur quinque correlaria primum quod matrix huius mulieris parata est ad corruptionem putredinalem propter corruptionem complexionis eius 2m correlarium quod propter menstrua in ea multiplicata non evacuarentur de facili possit apparere matrix eius 3m quod itum suspectum est sibi matrix eius [de complexione] et maxime quando menstrua emittuntur fetide et non evacuantur ab humiditate corrosiva 4m quod non dubito hanc mulierem hac egritudine stante fieri deinceps sterilem 5m quod impregnabitur infelicitatibus fetus eius egritudinibus aut morte 6m quod omnino quamcumque celerius potest provideat de regimine sui curatione ut nunc sequitur Curatio quamvis manifestum sit ex collectione signorum lapsum huius mulieris esse secundum frigidum et humidum materialem multiplicatam maxime in quatuor partibus videlicet in stomaco epate renibus et matrice et in hiis quatuor membris consistit magis pars humane vite per elaborationem nutrimenti primi in stomaco quod est chilus 2i nutrimenti in epate quod est sanguis et 3o ex operationibus renum servientium epati servitute mundificativa et depurativa nutrimenti Et 4o item ex operationibus matricis que est velud sentina in ipso corpore mulieris omnium superfluitatum receptiva et carum a corpore expulsiva cum evacuationibus de mense in mensem mundificativa Patet quod istis operationibus istorum membrorum magnifice nocitis non esse possibile mulierem in sanitate ymo nec in vita prolongari convenient propter quod regimen eius dirigatur ad ea que sunt nutrientia membra naturalia calefaciendo mediocriter apiendo et excitando que reducunt matricem ad congruam dispositionem propter quod abstineat ab usu rerum infrigidantium videlicet a potu et usu aque frigide et assumptione lactuce blete portulace spinachie citrulorum cucurbite herbarum fontium pastilium lacticiniorum ciborum quorum nullum tangat nec utatur eo Et dimittat cibaria presertim secca et iunibus rapas et napones et multi aceti usum quin magnifice nocent matrici teste ypocratiz de regimine acutorum Et utatur in cibis mensura scilicet pillo

ruta abrotano salvia rosmarino arthi-
mesia matrala feni^c petrosillo sperargis dan-
co et pastinaca rapo zalis et enula Et fre-
quenter utatur oleo cocto subcineribus et car-
nibus laudabilibus iuvenibus plurimum assatis
et precipue in sero abstinendo abrodialibus mi-
tis et uti potest caseo bene salito cinamomo ma-
ce galanga piperibus spica et aliis rebus
aromaticibus calide et sicce nobilis elevate
Et uti potest olivis conditis et rapis conditis
et in summa sapore omni mellito vel zuccari-
no aromatibus confecto et succo limonum
arancorum et agresta salita vel salse carnes
et saliti pisces ei sunt convenientes pane utatur
recenti et non transcendente duos dies et utatur
vino claro aromatico bene potenti neque sit
multum dulci Et a vino grosso turbido et
valde dulci secedat velud est marzaminum
et cusitum nominatum vinum Et in summa hoc
est eius regimen ex parte ciborum et potuum si quam
alia cibaria et potus preter hec desideraret legere
accipiat a clarissimo phisico bernamonte vero-
nensi qui ad plenum addiciet et informabit
eam Pro regimine vero mediciali huius
egritudinis domine considerani xij posse sufficere instru-
mentalia sufficere Primum itaque eorum est hoc
℞ aque assari enule et bethonice ana ℥
j aque vitis ℥ ß. misce et totum hoc in potu
accipiatur in aurora calidum cum zuccaro vel sine
illo et tardet comedere post hoc per quatuor horas
Secundum instrumentum speciale ℞ agarici electi ʒ j. oppo-
nacis mollioris ℈ ij. ʒʒ ℈ ß. dyagridii grani
j ß. fiant pille de omni ʒ vj. cum succo rosa-
rum de quibus hec domina omni 3° sero parum
ante cenam accipiat unam dum accipit pre-
dictum digestivum ita tamen discrete percipiendo
tempus quo non accipiat ipsam sero immediate precede-
te die xv^a Tertium instrumentum ℞ pillarum feti-
darum descriptione Rasis quas almansor tractatu de
paralisi ʒ ß. pillarum de bdellio ℈ ij. formentur
pille vij. cum succo rosarum et accipiat die xvj^a
post dictum digestivum et tardetur cibus ad minus
horis sex post eas Quartum ℞ rasine clare
et electe ℥ j. opopanacis galbani ana ʒ ij. musti
℈ ß. dissolvantur gumme in succo foliorum ce-
dre cum modico aceti et cum sufficienti quantitate
cere fiat ceroticum super pano de grana a me-
dietate spine usque ad finem eius et cooperiatur
et portetur semper et est rimedium divinum Quintum
℞ mastic acori thuris sandarace ypoquis-
tidos acacie ana ʒ j. corallorum alborum et
rubrorum spodii ana ʒ ij. incorporentur hec omnia
cum succo rosarum et media ℥ anuli ultra-
ta cocte in mortario plumbeo cum suo pistello
et fiat unguentum molle in hoc itaque linimento in-
fundatur et imbibatur frustrum coti prius bene mace-
rati in aceto nigro et exiccati quod quidem
totum sit quantitatis unius datili et expressum intromitta-
tur in matrice sicut cum predicto cerotico decem diebus
continuatis Sextum ℞ ligni aloes ʒ ij. cubebarum piperis longi de-

folliculo novit extracti ʒ j ß. sanguinis
draconis ʒ ij. boli armeni aromatici gal-
larum cypressi ana ℥ j. pulverizentur omnia per se de-
inde cum eis omni mane post exitum a lecto
per horam suffumigetur inferiora cum pulvere hoc
composito asperso ad carbones ignitos ita
tamen quod domina cum veste longa induta cum ci-
gulo contineat fumigium et candem operam efficiat
in sero continuando ipsum per septimanam unam
Septimum remedium ℞ galbani mollia-
ris et rubei ℥ ß. storace ferri preparate secundum artem
ʒ vj. corallorum amborum rosarum sumach
granorum mirti et seminis plantaginis ana ʒ j.
cum aceto nigro fiat ceroticum amplitudinis
unius palme spicam et super pano vel grana
et portetur super umbilico suo continue adherens
Octavum ut tunc sicut hec domina duo immediate ante septi-
ma accipit instrumenta semper omni mane ante ortum
solis accipiat coclear unum xilobalsami
conditi quod masticatum degluciat Insu-
per non per horam ante cenam degluciat radicem
unam ʒʒ quantitatis masticatam grani fabe maio-
ris Nonum ut postquam hec domina illa tamen in ulti-
mate scripta remedia continuavit per xij di-
es continuatas iterum per alios dies decem ad faciendum
pessarium cum toto tertio In quo est tunc mane a-
te cibum per quatuor horas masticando degluciat
ʒ j ß. granorum sumach ablutorum cum aqua ro-
sata et exiccatorum sub tegula torefacta Decimum
℞ mucillaginis sebesten tantum quod istis xij die-
bus semper inferius hora tertia suffumiget
cum pulvere colofonie Undecimum ℞ mucillaginis
sebesten grossi et viscosi ℥ iij. turbith electi
℥ ß. ʒʒ j. mastic ℈ j. electuarii dyaprunis
℥ j ß. fiat electuarium Itaque si domina ista non continue
haberet ventrem lubricum tunc obviacionis tertiorum
remediorum tunc omni nocte aut saltem alter-
na nocte circa matutinum degluciat de hoc
electuario quantitatem ʒ iij. Et si continue oparet ad
herca illius quantitatis Si autem amplius quesito
educeret tunc subtrahatur ʒa vel quarta pars et econtra
si parum educeret tunc super addatur ʒa vel quarta pars
secundum consideratorem peritissimi phisici sui antea Ultimum
℞ radicum burse pastoris corticum radicum
nespilorum citoniorum et sorbarum ana ℥ iij.
abluantur isti cortices cum aqua extinctos
ferramentorum deinde minutim incidantur et ex-
iccentur sub tegula deinde pulverizentur per se horum
itaque pulverum combustorum et commixtorum accipe
℥ j ß. carabe spodii mastic corallorum
amborum sandalorum amborum et citrinorum ana
ij. storace ferri preparate ℥ ß. ossium mirabola-
norum kebulorum ʒ vj. mine citoniorum zucca-
rine lb j. zuccari albi lb ß. coquatur grossum zuccarum
cum aqua gallarum cypressi et incorporetur cum
minima deinde fiat electuarium cum aliis speciebus
et x foliis auri Hoc itaque electuario hec domina in-
cipiat uti quando faciet suffumigationes cotidie
de eo per quatuor horas ante prandium ℥ ß. et ʒ ij. per
horam et mediam ante cenam et est quod fides hui

Accipe igitur vir generosissime qui nobiliter tua sequeris vestigia antiquorum sapientum qui omnes fuerunt nobiles licet plurimum hominum nostra etate ab hoc sacro litterature studio deviet quod tibi attribuere possum dum perseveras ut cepisti hoc modicum leve munusculum in natitate domini porrigo Scis enim quantum ab ineunte etate te dilexerim et pro hoc in memoriam poteris dum bene ea perleges ad laudem nostri salvatoris :~

De sputo sanguinis cum febre et arefactione totius corporis

Coquantur omnia deinde adde auripigmenti ℥ s. et reserva

SEQUITUR DE CLISTERIBUS.

Clistere conferens sode et caradiaco proveniente a mala cerebri et inducit attrahit occipitis omnem materiam cadentem naturaliter hic per ad humores cerebri et inducit et sompnum vigilantibus et moderat

℞ violarum
florum neufaris
Seminum com. frig. mundatorum
absinthii, capillorum veneris] ana ʒ j.
Renponticis ʒ s.
Coquantur in lb viij aque usque ad consumptionem medietatis et huius decoctionis cum expressione convenienti usque ad ℥ iiij accipiantur sal. com. ʒ iij.
Olei viol. de cucurbita] ana ℥ j s.
Epithimi
polipodii] ʒ s.
Electuarii succi ros. ʒ j s.
Cassie fis.
zucc. rubi] ana ℥ s.
et est valde potens ad omnia predicta

Clistere conferens in omni egritudine mali capitis frigida educit enim materias flatuosas a capite ideo curat cephaliam antiquam et confert sibeth et litargie stotomie et vertigini et epilesie flegmatice et melancolie attrahendo et diuertendo materias tales a capite

℞ Genciane
peucedani
Aristologie ro.
yreos
acori
Radicum peonie
Artemisie] ana ʒ j.
Calami arom.
ysopi
Anisi
Seminis levistici] ana ʒ s.
Seminis malve / Altee] ana ʒ ij.

fenugreci ℥ j s.
Elebori nigri ʒ j s.
folliculorum sene
Thimi
Epithimi] ana ʒ j s.
Coquantur omnia in lb vj aque usque ad consumptionem duarum partium deinde colentur et vehementer exprimantur et huius decoctionis

℞ lb j.
yeralogodion
yera ruffi] ana ʒ j.
Zuccari rubi
Cassie fistule] ana ℥ j
Sal. indi ʒ j.
Olei amigdalarum dulcium
violarum] ana ℥ ij.
Misce et totum mediocriter calidum imponatur per vna vice diebus frigoris vespere in calidis in mane

Clistere in omni egritudine cerebrali procedente a materiis adustis et pilulatis. Et ideo confert sibare et apatici provenientibus subiectis cerebri per mixtionem coleris et omnibus frenesis mitie et manie lupine et consimilibus Non curam in talibus egritudinibus nisi sint multe et valde furientes Et autem sunt valde seuissima Empti ipsum ... minus vti magis vtilibus trahentibus et adiuuantibus a capite materias predictas et ipse constituat virtutis Aliter non per blandiciones perdantur infelicitatibus operis mei quam ad ultimas

℞ fumiterre
polipodii
Thimi
Sene
Epithimi] ana ʒ j.
pulpe colloquintide
Collonquitide
Corticum agarici
Turbith
hermodactilorum] ana ʒ s.
Sticados
Maiorane
Salvie
Bethonice
Acori
Peonie] ana ʒ j s.
Florum neufaris
violarum] ana ʒ j.
Seminis endivie
Acetose
Ros.] ana ʒ j.
Buliant omnia in lb x aque usque ad medietatem deinde cum forti expressione colentur et ex hac expressione

℞ expressionis huius xv. adde
mell. violarum ℥ j s.
Electuarii dyasene ℥ s.
Sal. gemme ʒ iiij.
violarum / olei cucurbite ana ℥ ij.

Miste et imponatur

Misce et imponatur hora preservata
Clistere evacuans materias multas a pectore stomaco ypocondriis et ventre toto inferiori et ideo confert pleureticis peripleumoniticis asmaticis dispnee et ortomie doloribus epatis et splenis stomaci et intestinorum provenientibus a causa calida etc.

℞ Seminum quatuor communium frigidorum ana ʒ ij
Portulace | ana | ʒ j
lattuce
Seminis endivie
alias acetose ar· naglosse
Cuscute
Scariole | ana | ʒ ß
foliorum malvarum
Blete
vio·
mercurial'
Coquatur omnia in lb viij aque usque ad consumptionem medietatis deinde colentur et vehementer exprimantur
℞ huius expressionis lb j et adde
oli violarum ℥ iiij
Electuarii de psilio ℥ j
Cassie | ana | ℥ ß
zucari rubi
Sal' com ʒ iij vel ʒ iiij
et totum imponatur
Clistere confert in colica et yliaca doloribus renum ancharum posterius et omnium aliorum membrorum inferiorum provenientibus a causis multis flatuosis in intellagio(?) ventris et educat ventositates grossas

℞ Cartami | ana | ʒ j
hirmodactylorum
pulpe collogintide
Centauree b[]oris | ana | ʒ ij
folii
Anicos
Camedreos
Camepitheos
yris vel ireos
polipodii | ana | ʒ ij ß
Thimi
Epithimi
Corticum agarici
Seminis aneti | ana | ʒ j
Carvi
Anisi
Ruthe
Apii
Omnia bulliant in lb viij aque usque ad consumptionem medietatis deinde coletur et exprimatur
℞ huius decoctionis ℥ ij et addetur ei electuarii
Castorei ℥ ij vel ʒ ij
Cassie fistule ℥ ß
Electuarii indi | ana | ʒ j ß
et benedicte
Sal' gemme | ana | ℈ ij
Sal' indi

Oli de aneto | ana | ℥ ij
Amigdalarum amararum
Misce totum et tempate calide imponatur
Clistere conferens ad omnes opilatos cerebri et precipue organorum auditus visus gustus et odoratus aperit et opilatos omnium nervorum et mittere per que in cerebra spiritus subtiliter tractus ad membra penetrare debet

℞ Sticados | ana | ʒ j ß
Origani
folii betonice
Salvie
Rosmarini
Maiorane
foliorum lauri | ana | ʒ j
Edere
Rapium apii et
peonie
Coquatur in lb x aque usque ad consumptionem duarum partium
ysopi
Eupatorii et
mellisse
Calami aromatici
Coquatur in lb x aque usque ad consumptionem duarum partium deinde coletur et diligenter exprimatur
Et huius colature
℞ lb j et adde
olei de costo | ana | ℥ j
de aneto
liliorum alborum
Specierum dyarbre
dyanusti dulcis | ana | ʒ ß
Agarici
Sal' gemme ʒ j ß
Misce et totum impone hoc maioris alienationis
Clistere conferens ad dolores arteticos totius corporis et precipue ad sciaticam et dolorem ancharum genuum pedum solutorum educentes materias diversas et maxime precipue frigidas

℞ herbe venere | ana | ʒ ij
herbe paralisis
Bethonice
Sticados
Pulegii
Salvie
Rosmarini
Maiorane
edere foliorum
hermodactylorum | ana | ʒ j
Attori
Calami aromatici
Pulpe collogintide
Corticum agarici
yreos
Aristologie utriusque
Polipodii | ana | ʒ j ß
Cartami
folliculorum sene
Epithimi

Coquitur in lb. viij. aque usque ad consumptionem medietatis cuius colature vehementer expresse
℞ Scilla colatura lb. j. adde
oli de euforbio ℥. j.
oli amigdalarum dulcium
oli de sizamio — ana ʒ. j. s. vel ℥ j. s.
Sal' comis ʒ. v.
Misce et totum imponatur cum ℥. s. zucari rubi

Clisteri conferens provocationis urine et omnibus oppilationibus renis et adest sanguinem menstruum albarum amovere Et extrahit n. ʒut matrices steriles reddit fecundas et ipse quam horum actionem cum fuit mala complexio frigida cum materia aquosa mucillaginosa vel vitrea inducta in matricibus et utatur eo mulier per 3s aut septimanas omni 2o vel 3o sero ante cenam per horam

℞ Artamite
Matricarie
Rute
Mellisse
Scabiose
Florum rosmarini
Serpilli
Abrotani
peucedani — ana ℥. j. s. vel ʒ. j. s.
Sisteleos
Ameos
Amomi
Carpobalsami
Cubebarum
baccarum lauri
Calami arom.
Cassie lignee
Corticum Cassie
Cimini
Seminis aneti
Anisi — ana m. j. vel plus duas
Ameos
Neufaris
Rasure eboris m. ij
Buliat in lb. vj. aque lento igne usque ad consumptionem medietatis deinde bona expressione coletur
℞ huius colature lb. j. adde
oli de Sisamo ℥. j. s.
Oli de Costo
Oli de Ruta
Oli de pipe — ana ʒ. j. s. vel ℥. s.
Sal' indi ʒ. j.
Electuarii dyacastorei
De baccis lauri
budite — ana ℥. iij.
Misceantur totum et imponatur

Suffumigium post clisterem quam nadet lectum induat se vestem longam mulier et tegatur deinde effumigetur cum mixtis pluribus positis in carbonibus ardentibus bene aptis ponderis ʒ. j. s. prius cuius descriptio provocatorum matricis etc.

℞ pulvis alipte
Muscati ʒ s vicii ana ʒ. j.
Galie muscate
Storacis calamite — ana ʒ. iij.
Calamite
Aluminis crudi ʒ. j. s.
pulverizentur omnia per se deinde cum succo matricarie fiat trocisca ponderis ʒ. j. s. et exiccentur in umbra

DE CEROTIS

Cerotum stomacale valet habentibus fluxum lientericum et habentibus vomitum difficultatem restringendi vel restringi le et est ultimum remedium

℞ Picis naual'
Resine — ana ℥. j.
mastices
Mente — ana ℥. s.
Gariofilorum
Trociscorum de bolo armeno
de terra sigillata
Amatitis
Karabe — ana ʒ. j.
Sandalorum
ypoquistidos
mumie
Gallie muscate
Storacis calamite — ana ʒ. j. s.
Vini citoniorum q. s. fiat cerotum et extendatur super corio

Cerotum pro crepate

℞ Colofonie
Picis naual'
Mumie
glutinis piscium
Tartari — ana ℈. j.
Bdelii
Armoniaci
Opoponaci — ana ʒ. ij.
Gallarum Cipressi
pluvis consolide maioris — ana ʒ. x
Dissolvantur gumme omnes cum aceto muzo deinde colentur et dispumentur et in colature addantur Cere rubee ℥. xv.
Pell' arietis macerate et cocte in aceto usque ad dissolucionem lb. iij. s. et cum eo incorporentur simul ultima omnibus deinde coquantur simul et incorporentur simul cum alijs speciebus

Cerotum stomacale frigidum et siccum

℞ Rose
Spodij
mastices
Coriandri
mirtillorum — ana ℥. s.
ypoquistidos
Acacie
Vermis
San dra
landani ʒ. ij.
Galie muscate ʒ. j.

Picis naual'] an. ʒ. vj.
Resine
Cere quantum suff^t fiat Cerotum

Cerotum nigrum i. spadadrapo uz ad tibias

℞ Sepi Castrati ℥. vj.
Oli rosati] an. ℔. ij.
Ceruse
Aceti tantum Cere quantum sufficiat
litargiri ℥ iij.
Resine oliue] an. ℥. ij.
Terbentine
Coquatur simul gumme cum oleo et adipe et cum infrigidatum fuerit buliat omnia cum aceto usque ad consumptionem ipsius et cum fuit bene totum glutinosum sicut inducatur in eo panni linei et diligenter intigantur Confert ulceribus antiquis tenerum et omnium membrorum cancrus et corruptionibus membrorum prouenientibus a flectimate salso per ammixtionem et adustionem et membris intus aduste inficientibus sanguinem repellit n. et exicat humiditates et incarnat et consolidat ea cum obseruatione eti regis et prohibitione ab omni motu progressiuo

Cerotum vales pro tibiis inultum ad consolidandum

℞ Ceruse
Antimonij] an. ʒ. quartam et omnium quartam lotorum
plumbi usti
oli rosati ʒ. j. s.
pinguedinis castrati ℔ j.
Thuris minuti
Sarcocolle ablute
Sandarace] an. ʒ. j. s.
Aluis combusti
Sanguinis draconis.
Cere albe] an. ℥. ij.
Resine
Aceti ℥. j. s.
Confert n. ulceribus antiquis corrosiuis et amblatis omnium membrorum et precipue tibiarum prouenientibus a materiis melancolicis et adustis omnibus remouet n. mala...rum et repellit et exicat et sedat dolores et mordicationes in ill' ulceribus et mollificat duricies et ostracositates labiorum ulcerum et consolidat conuenienter ea etc.

Cerotum stomacale ...e omnibus

℞ Specierum stomacalium ℥. s.
picis naual'] an. ℥. j
Resine

Cerotum Stomacale commune pro pueris

℞ Resine ℔. s.
puluis granorum
mastices
fiat cerotum super panno grane

Cerotum soluens mirabiliter durities

℞ fecis oli de yreos ℥. iij.
oli liliorum alborum ℥. ij.
Oli sisamini / oli amigdalarum dulcium an. ʒ. j. s. l. ℥.

Croci ℈. j.
pinguedinis taxi ℥. ij. uel ℥. j.
Cere albe ℥. j. s.

Cerotum pro capite

℞ laudani
Gummi elemi
Sandarace] an.
Olibani
Storacis liquide et sicce.
Et fiat Cerotum

Cerotum ad Herniam

℞ Scorie ferri ʒ. vj.
Mumie
Dragaganti] an. ʒ. iij.
Gummi arabici
Thuris
Acacie] an. ʒ. j. s.
Sandarace
Gallarum cypressi ℥. j. l. ʒ. j.
Glutis piscium ℥. j.
visci quercini ℥. iij.
Cypressi gipsi ℥. ij.
Resine ʒ. j. s. uel ℔ s.
fiat cerotum cum succo consolide et aceto et cera rubea.

Cerotum de Galbano valens in passionibus matricis positum super vmbilicum

℞ Galbani et extende super vno corio in forma rotunda ad modum vnius scalete uel'imbie

Cerotum pro Crepatis

℞ picis naual' ℥. j.
litargiri
Cere albe et rubee
Colofonie] an. ʒ. v. s.
Armoniaci
Galbani
visci quercini
Nucum cypressi
Mirre] an. ʒ. ij.
Thuris
Boli armeni] an. ℥. j. ʒ. iij.
Cypressi
Aloes ℥. j.
Mastices
Consolide maioris] an. ℥. s. ℈ quartam l. ℥. j. ℈ ij.
Minoris
Aristologie longe] an. ℥. ij. ℈. ij.
rotunde
Gallarum ℥. ij. ℈. ij.
Terbentine lote cum aceto ℥. ij. ℈. quartam l. ℈ ij.
Sanguinis draconis] an. ℥. s.
Mumie
fiat Cerotum

Cerotum ad dissoluendum nodum Iuncturarum

℞ Oxi Crocei ℥. s.
Emplastri de mucilaginibus ʒ. vj.
Euforbij
Bdelij] an. ʒ. j.
Serapini
Opoponaci
Armoniaci

Resine clare ʒ. vj.
Ce albe ʒ. iij.
Dissoluatur Gumme cum aceto forti et addatur
cera et fiat cerotum ad formam hostie rotunde

Cerotum contra duritiem splenis

℞ Armoniaci ʒ. vj.
Bdellij albi moll. ʒ. iij. dissoluatur gumme
cum aceto squillitico
Tamarisci ʒ. s.
Scolopendrie ana ℈. ij.
Agni casti
Plantaginis ʒ. s.
Ce albe ʒ. ij. fiat cerotum

Cerotum capitale pro capite confortando

℞ Resine clare ana ℈. j.
Empl. de mucillaginis
laudani ana ʒ. j.
Armoniaci pinguis
Folij ʒ. s.
Macis ℈. ij.
ligni aloes ʒ. j.
Bdellij moll. ʒ. iij.
Cere quantum sufficit et fiat Cerotum

Cerotum de Storace

℞ laudani
Spalti
Armite
Mirre
Calami arom. ana ʒ. s.
Squinanti
Ameos ana ʒ. s.
Amomi
Picis naualis corte ʒ. iiij. fiat cerotum et
super addatur storace Calamite puluerizate

DE EMBROCIS

Embrocum Stomacale cum vna
Spongia magna

℞ Mente
Absinthij
Origani
Calamenti
Feniculi ana ℈. j. s.
Se. anisi
Cimini
Mastice
Corallorum arborum ana ℈. j.
Gallie muscate
Ros. ℈. ij.
Squinanti
Mirtillorum ana ℈. j. s.
Coriandri
lambruske ℈. ij.
Contundantur grosso modo ℔. xj. vini rubei
buliat usque ad consumptionem medietatis deinde
fiat Embrocum

Embrocum ad prouocandum menstrua

℞ pulegij ana ℈. j.
Calamenti
abrotani
Ruthe
Centauree boris ana ℈. j.
ysopi
Sauine ana ℈. j. s.
Matricarie
Cinamomi ana ʒ. j.
Galange
Siseleos ana ℈. j.
Rubee tinctorum
Mirre ʒ. ij.
Contundantur grosso modo et buliat in vna
situla aque usque ad consumptionem medietatis
et prouocat etiam vrinam

DE PULVERIBUS

Puluis qui dicitur medicinalis de Embrio-
nia et est secretum contra adulterosis
corruptos cancrosas et corrosiones
quascumque gingiuarum

℞ Succi brionie ℔. s.
Dragaganti ana ʒ. j.
Gumme arabice combustorum
Sarcocolle
Masticis ana ʒ. s.
Thuris
yreos
Tutie lote cum aqua ros. ʒ. ij.
Calcanti adusti ʒ. s.
Terantur omnia postquam fuerit puluerizata
ulterius conterere in mortario lapideo et
ad solem exponatur sepe tenendo usque quo
consumatur succus deinde iterum sic faciendo
in vicibus postquam exiccatus fuerit asperga-
tur ex eo cum melle linatur gingiue

Puluis pro Oculis

℞ Siseleos
Eufragie
Feniculi ana ℈. s.
Karube
Grana paradisi ana ʒ. j.
Macis
Cinamomi ana ʒ. ij.
Cimini
Foliorum rosmarini ℈. j.
Anisi ʒ. s.
fiat puluis subtilis et utere illo

Puluis restrictiuus Sanguinis

℞ Thuris ana ʒ. s.
Dragaganti torrefacti
Karabe ana ʒ. j. s.
Amatites
Plumbi usti ana ℈ iiij.
Sandarace
bolarmeni ʒ. iij.
Mumie ana ʒ. ij.
Sem. dra.
Fuliginis furni ana ʒ. iij.
Gipsi fiat puluis utere

Pulvis capitalis

℞ pulegii
Calamenti
Corticum cit.
Macis
Maiorane
Sticados
betonice
Gariofilorum — an. ʒ. ij.
Misce fiat pulvis

Pulvis de egrestione ani optimus
Est dactilorum combustorum sup aspersus

Pulvis ad idem fortior illo

℞ Alumine
licii
ypoquistidos
Gallarum perforatarum — an. ʒ. ij.
pulvis ossium ostreatorum combustorum ʒ. ij. ss.
fiat pulvis ut s.

Pulvis turbith compositi

℞ Turbith ʒ. j.
zinzib. ʒ. ij.
Mastic ʒ. ij.
zucari ad pondus omnium fiat pulvis do-
sis est ʒ. iij. cum aqua zuccarata

Pulvis sene compositus purgans caput mi-
rabiliter

℞ Sene ʒ. xij.
zz. ʒ. iij.
Cinamomi
Tartari — an. ʒ. j. ss.
Misce dosis eius ʒ. j. ante cibum assuetum

Modus alius preparationis Sene

℞ pulvis Sene ʒ. viij.
Tartari ʒ. iiij
Macis ʒ. iij
Cinamomi ʒ. j. ss.
Sal. indi ʒ. j.
Diagridii ʒ. j. ss.
fiat pulvis

Pulvis preparatus ad leniendum ventrem
cum brodio ante cibum preparatum

℞ Epithimi
polipodii
Thimi — an. ʒ. j.
Follicolorum sene ʒ. vj.
Tartari ʒ. iij.
Cinamomi
Anisi — an. ʒ. j
Pulvis mastic ʒ. ij.
Misce fiat pulvis

Pulvis epithimi sic fit

℞ Spicenardi
Seminis levistici
Seminis Rute — an. ʒ. j.
Cimini
Ameos
feniculi
Grana paradisi — an. ℈. j.
Tartari ʒ. ij.
Epithimi ʒ. j.

Croci fiat pulvis omnium pariter et postea com-
misceantur

Pulvis alius de polipodio sic fit

℞ Seminis Aneti
Anisi
liquiricie
violarum
Rose
Endivie — an. ʒ. j. ss. (al. ʒ. ss.)
ʒ. j.
Mastic ʒ. j.
Cinamomi ℈. j.
polipodii mundi ʒ. ij.
Diagridii ℈. j.
flores nenufar ℈. iiij.
pulverizentur omnia pariter et misceantur

Pulvis Cerose lote

℞ Ceruse ℔. ss.
Aque roste ℔. j.
Abluantur in mortario bis bene contriti-
onis et postea permittat exiccare et reserva
usui

Alius modus preparationis polipodii

℞ polipodii ʒ. j.
Cinamomi ʒ. j.
Ameos
Anisi — an. ℈. j.
Tartari ʒ. ij.
Salis indi ʒ. j.
pulverizentur omnia pariter et misceantur dosis est ante
cibum a ℈. j. usque ad ʒ. j.

Pulvis optimus contra pestem

℞ boliarmeni criti
Croci
Diptami
Sandalorum rubeorum — an. ʒ. j
Rasure eboris
Spodii
Corticum cit. — an. ʒ. ss.
Margaritarum splendidarum ℈. ij.
fragmentorum rubini
Granate
Smaraldi
Saphiri
Iacincti — an. ℈. j
Radicum antore
Ossis de corde cervi — an. ʒ. ss.
fiat pulvis cui si addatur rasure unico-
rni ℈. ss. vel ℈. j. perfectior nihil erit
dosis huius est a ℈. ss. usque ad ʒ. ss. omni
mane cum vino subtili aque ros. vel a-
cetos. commixte et ut predictus pulvis exi-
stat magis delicatus potes addere zuccarum
ad pondus omnium et tunc de ipso in maiori
dosi sumas

Pulvis optimus contra dolorem colicum
permissis evacuationibus

℞ pulvis Calami aromatici ʒ. j.
Tiriace ʒ. j. ss.
cum vino exibe in potu et sup dormiat

Pulvis optimus ad faciendum urinare

℞ puluis anellane
maxillarum lucij — ana ʒ. j.
fiat puluis

Puluis constrictiuus fluxum uentris

℞ Gumme arabice torrefacte ʒ. j.
Terre sigillate ʒ. vj.
boliarmeni ʒ. s.
fiat puluis subtilissimus dos ʒ. vj. pro uice

Puluis dictus inuisitatus et est magistri Antonij Cermisonis

℞ Seminis portulace ʒ. j.
Musci ℈. iiij.
Corallorum rubeorum — ana ℈. j.
Coriandrorum preparatorum
Seminis attriplicis ʒ. j.
fiat puluis et detur cum vino aut aqua decoctionis radicum dos est gr. iij.

Puluis optimus ad ponendum in corruptione membri super loco corrupto cum albumine oui prius incarnati posito defensiuo in circuitu maxime cum membrum denigratur propter calliditatem extinctam illi aduenientem

℞ boliarmeni subtiliter triti ʒ. s.
Camphore gr. ij.
Misce cum albumine vnius oui uel duorum ouorum et cum coto ponatur super membro

Puluis optimus ad ponendum in corruptione membri super loco corrupto dictus inuisitatus contra vermes

℞ Seminis attriplicis
portulace
polij montani — ana ʒ. j.
Origani
Seminis sancti
liquiritie — ana ℈. j.
lupinorum
Musci ʒ. s.
Ambre ℈. s.
misce et fiat puluis subtilis dos eius gr. j. uel ij.

Puluis carminatiuus ventositatis

℞ Origani
rute
Anisi
Calamenti
Ameos — ana ʒ. iij.
Carui
Mastice
Thuris
Gariofilorum ʒ. s. uel ʒ. j. s.
fiat puluis dos est ʒ. iij.

Puluis consolidatiuus

℞ Mumie
licij — ana ℈. ij.
ypoquistidos
Gallarum perforatarum
puluis ossium castratorum combustorum ʒ. ij. s.
Misceat et fiat puluis

Puluis ad corrosiones gingiuarum post ablutionem et prius et post ablutionem in meate pluries — post

℞ Ranunculorum corticis decem
Balaustiarum
Gallarum perforatarum
Sumac — ana ʒ. j.
Granorum mirti
Copularum glandium
Seminis mirti
vitreoli albi — ana ʒ. j. s.
aluminis
Antrofoli — ana ʒ. ij. s.
Seminis rosarum
pistentur grosso modo et bulliat in duabus fialis vini potentis usque ad consumptionem 3e partis et ablue sepe in die et post ablutionem qualibet uice frica cum scripto plures Puluis —

℞ Mastice
Sandaraice — ana ℈. j.
ypoquistidos
Tutie preparate ʒ. j.
vitrioli albi ℈. iiij.
et fiat puluis

Puluis ossa corrupta mirabiliter sanat

℞ Aristologie rotunde ʒ. j.
yreos
mirre
opoponacis
aloes — ana ʒ. j.
Scorie eris
Terre ammon combuste
Corticum pini
fiat puluis et ponatur in foramine partis lese uel super partem lesam

Item alius ad idem mirabiliter sanat

℞ pulueres matrisiluie videlicet Item aqua salis armoniaci idem operatur

Puluis pulmonis vulpis preparatus

℞ pulmonis vulpis per modum vj. et scindatur super venas et cannas gutturis et postea ablue cum vino albo montano dulci quater uel v. uicibus per horam per qualibet uice postea pone in furno et dimitte exsiccari et serua vsui

Puluis stomachicus gallarum Et est mirabilis in cene contra dolorem stomaci appetitate et confortat stomacum

℞ aque capitelli in qua fundatur sto gallarum per horam postea ablue duabus uel 3bus uicibus et postea infunde in vino sicut dictum est de aquis Item videlicet in vino sicut dictum est item abluendo et postea cos in furno quando panis extrahitur et permittatur exsiccari et vsui serua

Puluis valens ad locum

℞ Spongie aduste
pelle marine
Cartarum adustarum — ana ʒ. s.
Ossis sepie
Seminis plantaginis
piperis
zz.
Sal' punici — ana ʒ. ij.
Mirre mustate

Ballaus
pipis albi et longi
Cinamomi — an. ʒ ij
Elebori albi et nigri
fiat pulvis detur ex eo omni die cum aqua
salvie ʒ j.

DE PILLULIS

Pillule constrictive

℞ Limature calibis ʒ j
Ballaustiarum cypressi ʒ ij
Masticis
karabe
Consolide maioris et minoris — an. ℈ j
Seminis plantaginis
Gumme arabice
dragaganti assi — an. ʒ ß
Cinamomi
Galange
Granorum paradisi — an. ℈ ij
fiat pillule cum succo plantaginis

Pillule de aloe preparate

Sandalorum alborum
Rosarum
Spodii
Mastice
lignaloes — an. ℥ j ß
Cinamomi
Eupatorii
Seminis Endivie
Scariole sive communis
Cimini — an. ʒ ij
Polipodii
Tartari
Thimi — an. ℔ ß
Coquantur omnia in aqua Endivie
In aqua acetose — an. ℔ ß
Aqua betonice ℥ iiij. bulliat usque ad consumptionem duarum partium deinde tollet et exprimantur fortiter cum hac decoctione abluatur
aloes epatici ℔ ß quinque vicibus

Pillule non solutive contra pestem

℞ lignaloes ʒ ß
Corni cervi ℈ ij
Sandalorum rubeorum ℈ j
Termentille
Terre sigillate — an. ʒ ß
Corallorum rubeorum ℈ ij
Seminis Acetose
Diptami — an. ℈ j
vel ʒ et quartam partem
boli armeni ʒ iiij
Elactuarii de gemmis sine speciebus ʒ j
Margaritarum ʒ j
Xilobalsami ʒ ß
Camphore gr. ij
Syrupi de citro quantum sufficit et fiat pillule

Pillule pro vermibus

℞ Genciane
Mirre — an. ʒ j.
Diptami
Absinthii
Mente
Rasure cornu cervi — an. ʒ j
Turbith ʒ ß
Agarici ʒ ij
Salgemme ʒ ij
Zinziber
Cinamomi
Cimini — an. ℈ ij
Aloes ad pondus omnium fiat pillule cum
succo absinthii

Pillule de Musco

℞ Musci
Mirre — an. ℈ iiij
Sticados
Rubee tinctorum
Corticum citri et cassie fistule
Cassie lignee
Granorum peonie
Calami aromatici — an. ʒ j
Spicenardi ʒ j
fiat pillule cum succo artemesie vel matricarie

Pillule assagaret evacuantes caput

℞ Pulveris yere pigre ʒ x
Mastice
Mirabolanorum citrinorum — an. ʒ ij
Aloes ℥ j
fiat pillule cum succo de sticados

Pillule masticatorie

℞ Mastice ʒ iiij
Draganti ʒ iij
Piretri ʒ ij
Saxifragie
Costi
Piperis longi
Granorum paradisi — an. ʒ j
Yreos ʒ ij
Turbith ʒ j
Zinziber ℈ iiij
Dissolve gummas cum syrupo acetoso et fiat pillule vel glutino carte

Pillule de Coagulo

℞ Coaguli edi non saliti ʒ j
Trociscorum de karabe
Karabe de spodio
De terra sigillata — an. ℈ j
Reubarbari bene torrefacti
Seminis plantaginis — an. ℈ ß
Cordumeni ℈ j
fiant pillule cum succo plantaginis

Pillule de Assa fetida

℞ Asse
piperis
Rute
Mirre — an. ʒ j
Reformetur pillule cum oximello squillitico

Pillule somnifere

℞ Seminis lactuce
Opii Iusquiami albi
Corticum madragore — an. ℈ j

Cassie lignee
Croci — an. ℈. j
Mirre
fiant pillule cu lacte papaueris

Pille solutiue con pestem

Rx Aloes elc — ℥. vj
Mirre — ℥. iiij
Croci — ʒ. j
Reubarbari — ʒ. ij. ß
Gariofilorum — ℈. ij
Spice — ℈. j. ß
Corticum cit — ʒ. j
Seminis citri — ℈. ij
Termentille — ʒ j. ß
Sandalorum rubeorum — an. ʒ. j
Seminis Acetose
Corallorum rubeorum — ʒ ß
Boli armeni — ʒ iij
Gemarum — an. ʒ. j. ß
Elect de Seminis sine speciebus
Margaritarum — ʒ. j
fiat pille cu syrupo de citro

Pillule ad ardorem vrine

Rx Seminis cucurbite ~~cucurbite~~ citrulli an — ℥. iiij
Seminis lactuce — an. ʒ. ij
Portulace
Succi liquiricie — ʒ. j
Rosarum — ʒ j. ℈. ß
foliorum cypressi
Coppullorum Gladiu — an. ℈. j
Mirtillorum
Lenistici
ypoquistidos — ℈. ij
Opij — gr. xij
fiat pille de succo plantaginis

Pille no solutiue contra pestem

Rx Lignialoes — ʒ. ß
Termentille — ℈. ij
Dyptami — ℈. j
Zedoarie — ʒ. ß
Xilobalsami — ʒ. j
Croci electi — an. ℈. j
Gariofilorum
Verbene — ʒ. j
Cornu cerui — ℈. ij
Sandalorum rube — an. ʒ. ß
Seminis Acetose
Boli armeni — ʒ. iij
Electuarij de Seminis sine speciebus — ʒ. j. ß
Margaritarum — ʒ. j
Camphore — gr. iij
fiat pille de syrupo de citro vel rubes

Pille de Bdelio restringentes contra fluxum menstruorum

Rx pillarum de bdelio — ʒ. ij
Trociscorum de karabe — ʒ. iiij
de Spodio
Terra sigillata — an. ℈. ß
Camphore — gr. v
Misce et fiat pille cu succo plantaginis

Potus contra dolorem ex lapide

Rx Spermatis cetus — ʒ j. vel plus
Dari — ℥. ß
Vini maluatici — ℥. iij
Ponatur in ipso vino et ciatus in aqua ut calefiat et dissoluto in vino detur vinum totum in vno potu Et potus hic simplex est in casu et offensione cum quis cecidisset ab alto et detur stomaco ieiuno detur duabus vel 3bus vicibus et innabere ex effectu eius

Pillule doloris dentium quod denti corroso que imponatur caute vna particula ut non noceret alijs

Rx Iusquiami — an. gr. ij
Opij
Seminis apij — ʒ. j. fiat pille

Pille contra lapidem renum

Rx vitri combusti
Cineres leporis
lapidis spongie
lapidis iudaici
Cu aqua saxifragie fiant pillule

Pille ad ventositates no solutiue

Rx Assari
Feniculi — an. ʒ. ij
Cimini
Anisi
Seminis rute — ~~an~~ — ℈. ʒ. ij
Corticum mandragore — ℈ j
Croci ℈ j partes ij
Castorei — ʒ. j. ß
fiat pille omnium ʒ. vij. cu electuario baccarum lauri

Pille Reupontice ex parte ad ycteritiam

Rx Succi cucumeris azinini — an. ʒ. j. ß
Artamisie
Reupontici — ʒ. ij
Aloes succotrini — ʒ. j
Dyagridij ~~orobi~~ ~~cicer~~ ~~ciceris albi~~ ~~spice~~ an — ℈. ß
Euforbij — gr. iiij
Succi apij — ʒ. ß
fiat pille cu succo linarie

Pille magistri Johannis de sancta zophia contra maturitates flegma et colera a capite et alijs locis bene vtiles sine periculo

Rx Aloes succotrini — ℥. j. ʒ. ij
Agarici albi et leuissimi — ℥. ß et ʒ. j
Gariofilorum
Macis
Cubebarum
Spice
Cinamomi — an. ʒ. ß
Nucis muscate
Squinanti
Calami aromatici
Masticis
Croci — ℈. ij
Salgeme — ℈. j
Puluis omnium subtilissime et incorporentur cu bono vino aromatico et fiat pille dosis ʒ. j. vel ʒ. j. ß. etc.

Pillule de oppoponaco sic fiunt
℞ Oppo. pinguioris ʒ. iij.
Serapini, Castorei ana ʒ. j.
Bdelii moll. et subalbidi, Pirete, Piperis albi ana ʒ. ß.
Euforbii ℈. ß.
Hermodactilorum ʒ. j. ß.
ℨℨ, Spice, Anisi, Croci ana ℈. j.
Bdellii ʒ. ß.
Dragaganti
fiat pillule cum succo ros.
Pillule de storace per utilitatem ad fluxum catarri et per intinguentis in una pillula cum vadit dormitum exibeatur sic fiunt etc.
℞ Mirre, Storace, Calamenti, Croci, Opii ana ʒ. ß. vel ʒ. j.
Incorporetur cum sirupo de papavere et fiat pillule ex omnibus ʒ. viij.
Pillule de yera composita
℞ Aloes epatici ʒ. xij.
Cinamomi, Spicenardi, Costi, Croci, Squinanti, Xilobalsami, Xilocassie, Mastice, Assari, Rosarum, Amomi, Absinthii ana ʒ. j.
Incorporetur sil. cum sirupo de sticados et fiat pillule ex omnibus ʒ. vij.
Pillule ad guttas mirabiles per me exceptas
℞ Hermodactilorum, Agarici, Turbith, Dragagantis in citoniis positi, Pulpe coloquintide, Aloes optimi, Mirabolanorum citrinorum ana ß.
Euforbii, Oppoponaci, Seminis rute, Seminis apii, Croci, Mastice ana ℈. j. et gr. vj.
Aque Salvie, Vini odoriferi subtil., Syr. de sticados ana quantum sufficit et fiant pillule

Pillule ad dyabetem
℞ Acatie ʒ. ij.
Ros. ʒ. iij.
Balaustiarum ʒ. iiij.
Gumi arabice ʒ. ij.
Dragaganti ʒ. j.
pulverizentur et fiat pillule cum mucillagine psilii et detur ℈. j. vel ʒ. j.
Pillule de assa fetida mirabiles pro suffocatione matricis
℞ Asse fetide, Galbani ana ℈. j.
Incorporetur simul cum oximelle et dentur ij. vel iij.
Pillule de centaurea mundificantes saniem a renibus a vesica et apostematibus interioribus
℞ Centauree minoris ℈. ß.
Piperis navalis ℈. j.
fiant pillule quinque

SEQUITUR DE SPECIEBUS

Species provocantes menstruorum fumigando et embrocando super vulnera
℞ Pulegii, Calamenti, Abrotani, Rute, Sine, Centauree utriusque, Ysopi ana ʒ. j. ß.
Cinamomi, Galange ana ʒ. j.
Bisdeleos, Rubee tinctorum ana ʒ. j.
Mirre ʒ. ij.
Oppo. ʒ. ij. vel ʒ. iij.
Armoniaci ʒ. j.
Contundantur grosso modo et bulliant facias istas herbas in una situla aque usque ad consumptionem 3e partis
Species pro capite ad confortandum cerebrum
℞ Maiorane, Sticados, Foliorum lauri, Calamenti ana ʒ. ij.
Folliculorum sene, Nucis muscate, Garofilorum, Cinamomi ana ʒ. vj.
Stercoris columbini, Sinapis ana ʒ. iiij.
Laudani ʒ. j.
Costi, Ligni aloes, Cubebarum ana iiij.
Piperis ʒ. j. ß.
fiat saculus capitalis

Spes cordiales

℞ Sandalorum amborum | añ | ℥ i
Corallorum amborum
Mellisse | añ | ʒ i
Buglosse
Corticum cit.
Oss de corde cervi | añ | ʒ i
Seriti combusti
Spes elect. de gemmis | añ | ʒ ss
Croci
Camphore | | ℈ ss
fiat species cum saccullis

Spes pro stomacho

℞ Mente | | ℥ ij
Lambruscì | añ | ℥ ss
Ros.
Garioffilorum | añ | ℥ i
Galange
Mastices
Corticum granatorum | añ | ℥ ij
Balaustiarum
Terantur omnia subtilissime et fiat sacculo

Spes pro embrocando super stomacho cum spongys

℞ Gallie muscate | añ | ℥ i
Mastices
Lambruste
Corallorum albo.
Spodij
Absinthij | añ | ℥ ij
Mente
Rosarum | añ | ℥ i ss
Sumac
Gallie
Cinamomi | añ | ℥ ss
Nuc. musc.
Contundantur grosso modo et buliat in vino rubeo optimo

Spes pro corde calide

℞ Zedoarie
Been albi et rubi
lignialoes
Ozimi
Garioffilate
Corticum cit. | añ | ʒ i
foliorum lauri
Grane tinctorum
Nuc musc.
Rorismarini
Spice
Rosarum
Sandalorum utriusque
foliorum mirti
borraginis | añ | ℈ ij
Spodij
Camphore
Croci | añ | ʒ i
Gallie musc.
Musci gr. iij vel iiij et fiat sacculus pro corde

Spes pro fumigio ad fluxum ventris

℞ Gallarum cipressi | | ℥ i
Mirtillorum
Sumac
Corticum granatorum | añ | ℥ i
Gallarum pro dattis
Coriandri preparati
Acacie
ypoquistidos
Seis plantaginis
Ros.
Thuris | añ | ℥ ss
Sandarace
Gallie musc.
Granatorum
Origani duas partes ℥
mastices
Cinamomi | añ | ss
Nasturcij
Carui torrefactorum
Colofonie | | ℥ i ss
Contundantur et pulverizentur

Spes pro sedendo supinus qui dicitur fluxus ventris

℞ Origani
Sumac | añ | ℥ i ss
Mirtillorum
Coriandri preparati
Camomille | | ℥ ij
Balaustiarum
Corticum granatorum | añ | ℥ ss
ypoquistidos
Se. ros.
Radicum taxi barbassi
Cardonis | añ | ℥ iij
Corticum et radicum mori
Contundenda contundantur et reliqua incidantur bulliant in vino magno deinde ponantur in sacculo et fac ipsum sedere desuper

Spes pro abluendo pedibus sompnum provocantes

℞ Camomille
mellilori | añ | ℥ i
violarum
florum neufaris | | ℥ ss
Corticum papaveris albi ℥ i bulliant

Ad idem

℞ foliorum vitis
Salicis | añ | ℥ i
Malvarum
Coquantur cum suis pulveribus ℥ ij bis vel ter

Spes pro emplastro cordiali magno

℞ Corticum cit.
macis
florum buglosse | añ | ℥ ss
Boraginis
Melliss. | añ | ℥ i
Ros.
Been albi et rubi
Doronici | añ | ʒ i ss
Oss de corde cervi

Rx foliorum basiliconis ℥ ß
Corallorum amborum ⎤
Spodij ⎥ ana ʒ iij
Terre sigillate ⎦
lignialoes ⎤ ana ʒ ß
Croci ⎦
Amili ℥ ij
Lambruste ⎤ ana ʒ vj
florum salicis ⎦
farine ordei ℥ ij
Resine ℥ j
Dissoluatur resina cum aceto vel vino citoniorum si vis Cerotum si vis emplastrum dissolue cum aqua rosarum et mellisse

Stelidia communis

Rx Cinamomi electi ʒ ij
Zinzibris ʒ ß
piperis ⎤
Galange ⎥ ana ʒ j
Gariofilorum ⎦
paradisi ⎤ ana ʒ j ß
Cardamomi ⎦
Coriandri ʒ iij
Vini ℔ xij
mellis crudi ℔ iiij
Distemperentur omnia et calefiat ad ignem sine ebulitione ponantur ad sacculum totiens quotiens clarescit

Species pro stufa sicca in doloribus incturarum facienda scilicet pro podagra artetica

Rx Matricarie vtriusque ℥ vj
Radicum tringi ʒ ij ß
Mellitoti ʒ iiij
Seminis malue ⎤ ana ʒ ij
Neufaris ⎦
Rubee tinctorum ⎤
Orobi ⎥ ana ʒ j ß
Aristologie longe ⎦
peucedani ʒ ij
Nucis mugate numero j
Contundantur grosso modo et buliat in aqua et fiat stupha et calefiat cum aqua imponitur lapidibus molendini ignitis qui lapis marcasita lapidum habet oculos mixtos cum ipso vidi effectum in filio domini Johannis de ... mirabilem

Pomum

Rx Gariofilorum ⎤
Macis ⎥
Rosarum ⎥
Spice ⎥
Nucis mugate ⎥
florum neufaris ⎥ ana ℈ ß
violarum ⎥
Maiorane ⎥
Assari ⎥
Sticados ⎦
Sandalorum amborum ⎤
Corallorum amborum ⎥ ana gr. xv
Corticum citri ⎦
Seminis cit. ⎤ ana gr. xv
cubebe ⎦
Camphore ⎤
Thuris ⎥
masticis ⎥ ana ℈ ß
Boli armeni ⎥
Sandarace ⎦
Croci ⎤ ana ℈ j
Ambre ⎦
ligni aloes ʒ j
musci gr. iij
specierum cordialium ℈ ß
laudani ℥ 4 ß
Cum aqua rosata fiat pomum

DE SACCULIS

Sacculus carminatiuus pro stomacho

Rx Seminis apij ⎤
Anisi ⎥
Siseleos ⎥ ana ʒ ß
ffeniculi ⎥
Macedonici ⎥
Rute ⎦
Origani ⎤ ana ʒ ß
calamenti ⎦
ysopi ⎤
Sticados ⎥
Pulegij ⎥ ana ʒ j
Rute sicce ⎥
Camedreos ⎥
Camepiteos ⎦
Absinthij ʒ ij
Calami aromatici ⎤
Cinamomi ⎥ ana ʒ j
Gariofilorum ⎦
Macis ʒ iij
Contundantur omnia et fiat sacculus

Sacculus pro corde temperatus

Rx Sandalorum vtriusque ⎤
Rosarum ⎥
Corallorum amborum ⎥
Spodij ⎥ ana ʒ j
foliorum mirti ⎥
boraginis ⎥
Camphore ⎦
Trociscorum de Camphora ʒ j ß
been albi et rubei ⎤
Corticum citri ⎥
Nucis muscate ⎥
Sirici combusti ⎥
Ossis de corde cerui ⎥
grana tinctorum ⎥
foliorum lauri ⎥ ana ℈ j
gariofilorum ⎥
Zedoarie ⎥
lignialoes ⎥
Ozimi et mellisse ⎥
gariofilate ⎥
zorisinarum / Cubebarum ⎦

Musci gr. iiij.
fiat Sacculus ut s.

Sacculus pro capite

R Cubebarum
Nucis moscate
Corticum citri
Gallie muscate an. ʒ. iij.
Sticados
Maiorane
Rosarum
lambruste an. ʒ. j.
Mirtillorum
fiat Sacculus Capitalis

Sacculus pro capite frigidus

R Rosarum
buglosse an. ʒ. j. s.
florum boraginis
Corticum citri
Spodij an. ʒ. j. s.
foliorum mirti
Corallorum utriusque
Camphore ℈. ij.
fiat Sacculus

Sacculo contra tinnitum et sibilationem ac etiam dolorem pungitivum aurium et fiunt applicationes cuidam iudeo post morborum

R pulpe colloquintide
Assari an. ʒ. j. s.
Centauree minoris et medie
Sticados
Origani
Calamenti an. ʒ. ij.
Pulegij
Mentastri ʒ. iiij.
Incidantur omnia subtiliter et fiat sacculo qui calidus apponatur

DE SIRUPIS

Sirupus compositus de radicibus valet optime ad frangendum lapidem

R Radices feniculi
Petrosellini
apij an. ʒ. j.
brusci
sparagi
Seminis petrosellini
Apij
feniculi
Carui
brusci an. ʒ. j.
sparagi
Seminis lattuce
Portulace
Scariole
seminum citonum
Sandalorum alborum et rubeorum
Rosarum an. ʒ. s.
violarum
prunorum numero xxx.
Scolopendrie Epatice an. ʒ. j.

Centauree
politarie an. ʒ. j.
Capillorum veneris recentium
fiat decoctio et cum dicta decoctione fiat Sirupus cum lb. j. s. zuccari et eodem fiat sirupus compositus

Syrupus solutivus

R Endivie
Epatice an. ʒ. j.
Capillorum veneris recentium
Sandalorum amborum an. ʒ. ij.
Seminum citonum
foliorum boraginis an. ʒ. s.
Sene
Epithimi an. ʒ. j.
Reubarbari ʒ. vj.
Turbith ʒ. s.
Spice ʒ. s.
zz ʒ. j.
zuccari albi lb. j. fiat sirupus

Sirupus provocativus menstruorum

R Aquarum apij
lupulorum
Sparagi an. lb. s.
feniculi
Spice ʒ. ij.
Siseleos ʒ. j.
Armoniaci
Opoponaci an. ʒ. ij. s.
Seminis petrosellini
feniculi
Dauci an. ʒ. ij.
Karui
Anisi
Seminum milii solis
macedonici an. ʒ. j.
foliorum eupatorij
galange
Cinamomi an. ʒ. s.
Croci
sirupi violati ʒ. ij.
Seminum citoniorum
malue an. ʒ. iij.
decoquantur in lb. vj. aque cucurbite usque ad consumptionem tertie partis zuccari lb. ij. s. pulverizati et bulliat in lb. iij. aque usque ad consumptionem medietatis deinde colletur et colature misceatur cum aquis deinde coquatur in sirupum et clarificetur et dulcificetur cum melle et aromatizetur in fine decoctionis cum cinamomo deinde acetosetur cum aceto squillitico et fiat sirupus

Sirupus constrictivus de Citoniis

R Seminis plantaginis ʒ. iij.
nucum cipressi
Corticum mediarum castanearum
granorum uve torcestorum an. ʒ. ij.
Sumac
Corticum papaueris
mirtillorum ʒ. ij.
Citonia cruda numero iij.
Nespulorum Sorborum an. numero vj.

Acacie ℥ i
ypoquistidos ʒ i ß
coquantur omnia in aqua plantaginis et cum zucaro fiat syrupus

Syrupus de pomis confortans corda debilia sanat sincopim et tremorem cordis

℞ Succi pomorum dulcium et acetosorum ana ℔ ß.
Coquantur usque ad consumptionem medietatis et dittatur per duos dies usque bene clarescat deinde coletur cum colatura addatur zucari ℔ iij et fiat syrupus

Syrupus magnus per dominum Christoforum de Honestis qui est mirabilis in consilio contra pestem et est cordialis ad mitigationem auctorum de quo visa est experientia magna reddit corpus sinum et mundum a superfluitatibus confortat cor cerebrum et epar et omnia membra et dosis eius ab ℥ i ß usque ad ℥ ij cum iij ℥ aque buglosse et sumatur ter in septimana sumatur aut pluries

℞ Corticum citri
Corticum radicum capparorum
berbene — an̄ ʒ ij
sandalorum rubeorum
Spodij
gariofilorum
buglosse
melisse — an̄ ℥ ß
boraginis
Acori
Acetose
Epatice — an̄ ʒ iij
prassij
Seriole id est agrestis ℥ ij
Seminum florum rosarum
violarum — an̄ ℥ ij
Thimi
Epithimi
Mirabolanorum citrinorum — an̄ ℥ i
kebulorum
Polipodij
Agarici
Reubarbari — an̄ ℥ ß
Succi absinthij
succi fumiterre
succi ebuli — an̄ ℥ vj
succi plantaginis
plantaginis
Succi citriorum ℥ ß al' ℔ i ß
dyagridij ʒ ij ℥ ß
zucari albi ℔ ij
Et fiat syrupus per artem et acetosetur cum aceto citriorum ℥ ß assumatur in mane hora qua possit dormire parum post assumptum gestetur in lecto per horam i.

Hoc est Julep longum quod fit in febribus pestilencialibus et est cordiale et extinctivum

℞ aque buglosse
Acetose — an̄ ℥ vj
Cicoree
Endiuie — an̄ ℥ iiij
florum salicis
Syrupi de citro ℥ ij
syrupi acetosi simplicis
oxizaccara — an̄ ℥ i
vini granatorum ℥ viij
clarificetur et fiat Julep longum et in fine ponatur vini granatorum

Syrupus ad impregnationem

℞ Rubee maioris
Artemisie — an̄ ʒ ß
savine
Mente
Absinthij
Radicum feniculi
apij — an̄ ℥ ß
summitatum senationis
Origani
Calamenti
Anisi
gariofilorum
melisse — an̄ ℥ iij
Spicenardi
galange
ciperi
Calami aromatici
Anisi — an̄ ʒ ij
maratri
Ameos
sisileos
cinamomi
passularum — an̄ ʒ v
mellis rosati
quantum sufficit et fiat Julep et aromatizetur cum istis

℞ masticis
macis
gariofilorum — an̄ ʒ i ß
rasure eboris
Nucis muscate
doronici
zendoarie — an̄ ʒ ß
Seminis ozimi

Confectio ad idem

℞ Seminum pastinace
Seminum sinapis
rasure eboris
Sisileos — an̄ ʒ i
been albi et rubei
lingue avis
Cinamomi
gariofilorum
galange
piperis longi
Antos
xilobalsami — an̄ ℈ ij
blatte
bisantie
maiorane
pulegij
melisse
buglosse / Corticum citri — an̄ ℈ i

margaritarum
trociscorum sandalorum cum succo portulace ℈ ß
musci gr. j
pulverizentur omnia et cum zuccaro liquefacto cum malvasia fiat confectio solida

Pessarium ad idem

℞ Coagulum leporis ʒ j ß
rasure eboris
been albi et rubei ana ℈ j
lingue avis
Siseleos
Calamenti
Pulegii ana ℈ ß
Salvie
gallie muscate
pulverizentur omnia subtiliter ut misceantur cum oleo nardino ita quod omnia sint valde mollia et addantur musci laudani ana gr. ij. expedit et addita lana fiat pessarium vel in sindone de grana ad quantitatem digiti filo appenso

Aliud ad idem

℞ Cinamomi
gariofilorum ana ℈ ß
Croci
zinziberis
piperis longi
Galange
macis
cipri ana ʒ j ß
nucis muscate
Cimini
Cassie lignee
Cubebe domestice ℈ iiij
Ambre
Musci ana ℈ j
Balsami
pulverizentur et fiat electuarium cum aqua buglosse et mellisse

Aliud magistri Johannis de rologio probatissimum

℞ Seminis baucie
lolii ana ʒ ij
Rasure eboris
Seminis urtice
Ameos
Seminis siseleos
Amomi
folii
Cardamomi
Blance
Bisancie ana ʒ j
Baccarum lauri
Nucis muscate
Cypressi
Ysopi
Origani
Spice
cipri
triumpipereon
zinziberis ana ℥ ß
Cinamomi electi
pulverizentur omnia et conficiantur cum sufficienti quantitate mellis despumati ad formam electuarii et cum musco aromatizetur

Pulvis ad idem

℞ Nucis muscate
Cubebe ana ʒ ß
zinziberis
piperis longi
Mastic ana ʒ j
Cinamomi
galange ℈ ij
lingue avis
Rasure eboris
siseleos ana ℈ j
been albi et rubei
pulverizentur omnia et hoc pulvere utantur in cibariis suis

Syrupus de mirto sic fit

℞ granorum mirti ℔ ij
Sumac
Acatie ana ʒ ß
Rosarum ℥ j
spodii
ypoquistidos ana ʒ iiij
Mastic ʒ ij ß
Gumme arabice
Dragaganti ana ʒ ij
coquantur omnia cum aqua pluviali usque ad consumptionem medietatis deinde colentur et colature addantur zuccari ℔ j mellis ℔ ij clarificentur et decoquantur et fiat syrupus

Unguentum ad impregnationem et vocatur loco alchatum

℞ gallie muscate
Castorei
bdellii ana ʒ ij
coaguli leporis
laudani
oleum mirtinum
masticinum
nardinum
cere quantum sufficit fiat unguentum

Syrupus de Sebesten

℞ Sebesten ℥ ij
Rubee tinctorum ℥ ß
anisi
cimini
liquiricie
seminum lactuce ana ʒ ij
melonum
cucumeris
malvarum
alenoi ʒ vj
fenugreci
Sticados ana ʒ iij
prassii
Seminum apii
Ameos
Radicum tribuli
Marrubii ana ʒ ij
Seminis petrosillini
dauci
feniculi
meu

Sanguis draconis [illegible] —
Storacon
lapidis spongie — ana — ʒ. vj.
lapidis Judaici
Corticum avellanarum
Coquuntur omnia in ℔ xij aque usque ad consumptionem medietatis deinde colentur et colate addantur aceti squillitici ℥ ij s. zucari et cottonis ℔ ij s. coquuntur leto igne et fiat sirupus

DE TROCISCIS:

Trocisci ad ardorem urine

℞ Terre sigillate
Succi liquiricie — ana — ʒ. j.
Corticum thuris
gallarum — ana — ʒ. js.
Corticum mandragore
Terantur in mortario plumbeo et cum albumine ovi fiant trocisci

Trocisci ad idem

℞ Semin citrolorum — ana — ʒ. iij.
Cucurbite
Semin lactuce — ana — ʒ. ij.
portulace
succi liquiricie — ℥ j
rosarum — ℈. j.
Capullarum glandium
Mirtillorum — ana — ʒ. j.
lenticum excorticatarum
ypoquistidos — ana — ℈. j.
foliorum juniperi
opii — gr. xij.
fiant trocisci cum succo portulace

Trocisci valentes epati et splen

℞ Rosarum — ana — ʒ. vj.
Berberis
Spodii
Absinthii — ana — ʒ. iij.
Cuscute
Lace
Liquiricie — ana — ʒ. iij.
mastices
squinanti
Seminis endivie
maratri
Anisi
Spice — ana — ʒ. ij.
Succi eupatorii
Aristologie longe
Cardamomi
Gariofilorum
Croci
Opii
Assari — ana — ʒ. j.
Costi
Cucumeris
Cucurbite
tempera cum succo Endivie

Trocisci optimi contra pestem

℞ Terre sigillate — ℥. s.
Boliarmeni
mirre — ana — ℥. s.
Seminis citri
Smaraldi
Ditami
zedoarie — ana — ʒ. iij.
pimpinelle
Camphore
Tormentille — ℥ j.
Croci — ℈. j.
Terantur cum [illegible] aceto [illegible] citri et modico optime tiriace fiant trocisci ʒ. j. [illegible]

Trocisci ad provocationem menstruorum

℞ Mirre — ʒ. iij.
lupinorum optime [illegible] — ʒ. v.
foliorum rute
menthastri
pulegii
Cardui
Rubee tinctorum — ana — ʒ. ij.
Asse fetide
Sagapini
Opoponaci
Fiat trocisci cum decoctione savine

Trocisci de zilocomia pro ruptorio bono et leni

℞ Succi radicum zelidonie — ana — ℥ iiij.
Urine pueri
Calcis vive — ʒ. iij. vel ℥ iij.
Arsenici citrini — ℥. j
Ruptorii de capitello — ℥. s.
bulliat simul succus et urina deinde calx et coquuntur ad fortem ignem usque ad consumptionem succi vel urine Trocisci de croco sic fiunt


℞ Croci — ʒ. iij.
Ameos
Mirre — ana — ʒ. j. s.
rosarum
xiloaloes — ℈. j.
fiat cum aqua rosarum

Trocisci de oxizacara sic fiunt

℞ Anisi
croci
costi — ana — ʒ. j
squinanti
Ameos
mastices
olibani — ʒ. j. s.
Incorporentur simul cum modico mulce citroiorum et fiant Trocisci

Trocisci de ypoquistidos

℞ ypoquistidos
Balaustiarum — ana — ʒ. j. s.
Sumac
Seminis acetose
Seminis portulace
plantaginis — ana — ʒ. iij.
Spodii assatorum
Boliarmeni
San[tali] citrini — ana — ʒ. ij.
gallarum perforatarum
Acacie / Antere



Jusquiami ℈ i
opii ℈ iis
Croci ℈ i
cum succo plantaginis fiat trocisci ad pondus ʒ i

Trocisci de alkakengi

℞ Semin citrullorum ʒ x
Bolarmeni
gummi arabici
thuris
Sanguis draconis
Amidi
Sperma albi ana ʒ x
Amigdalarum enucleatarum
Succi liquiritie
Draganti
Amidi
Seminis apii
Seminis alkakengi
opii
fiat trocisci cum syrupo violato detur in mane cum
lacte aut cum aqua ordei

DE LICINIIS

Licinium constrictivum quod valet in tenasmone

℞ Mirre
thuris
gummi arabici ana ʒ ii
lilii
Opii
Croci ana ʒ s
confitiantur cum albumine ovi et fiat licinia cum
fillo quod valet in tenasmone licet alii parum ponant opii

Licinia usualia menstrua provocantia
in vulve imponatur et subito provocant

℞ Calamenti
Ciclaminis
Agni casti
Rute
Savine
Artemisie
pulegii
ruffuum
Origani
Abrotani ana ʒ ii
Seminis urtice
Juniperi
Cube rectorum
elebori albi
Centauree
bdelii
Sinapis
pulpe collequintide
mirre
castorei
Asse fetide
Sagapini
Oppoponaci
galiemoste ʒ s
terenda terantur et fiat licinia cum succo ci-
curbitis azinini et felle tauri et vulpe imponatur
optime et subito provocant menstrua

DE CONFECTIONIBUS

Confectio de alipta alipta idem est quod mixtu-
ra valet pueris paticientibus constrictionem anhelitus et ce-
asma et non potentibus et retinere lac fit ex
ea optimum suffumigium et odoriferum quo utun-
tur prelati imperatores in capellis suis et intrat
in prolissis memoratis et electuariis

℞ Laudani ℥ iii
Storacis
Calamite ana ℥ ii s
Storacis rubee ℥ i
lignialoes ʒ ii
Ambre ʒ i
Camphore ℈ i
musci ℈ s
Aque rosate quantum sufficit conficiatur sic in diebus canicu-
laris storace calamitu storace rubeam in laudanum
in cadino ad solem coopto cum panno subtilissimo ne
pulvis possit attingere et cum mollificata fuerit ad
solem pone in mortario eneo calefacto ad solem cum
pistello suo ferreo et fortiter simul conterantur donec
ad nigrum venerit colorem postea adde pluerem
lignialoes et in simul fortiter conterere et camphoram similiter
postea conterere muscum in libra iii aque rosate et de hac
aqua madefac aliquantulum marmor prius ablu-
tum bene et calefactum ad solem et accipe ʒ i cum ta-
bula planissima et eadem hora aqua cale-
facta super marmor diu agitetur donec ad inspissi-
tudinem linimenti perveniat hoc facias made-
faciens marmor cum tabula et cum repositum fuerit
aspergere pannum de qua illa et fiat itu

Restauratium bonum in febribus

℞ pulparum albarum pectoris et musculorum cru-
rium sibalis caponum vel galliarum mediocriter pin-
guium perdicis fasiani edi seu capti domestici et
omnium istorum qualium mediocriter pinguium quantitas carni-
um sed graciores sint libra ii amigdalarum dulcium excorti-
catarum ℥ iii granorum fisticorum ℥ ii granorum pinearum
mundatarum deinde terantur infusorum in aqua ferventi
et postea mediocriter expressorum per singula cum infusorum
ultio in umbra mediocriter exsiccatorum ℥ i s
avellanarum mundatarum deinde torrefactarum
℥ i liquiritie rase et munde a cortice suo ℥ i s
passularum tunismaritanarum corinthiarum purga-
tarum nigrarum ana ℥ ii sebesten pulparum
pinguium ℥ i seminum communium maiorum frigidorum
℥ i seminum communium minorum frigidorum ℥ s

Restauratium commune

℞ pulparum albarum pectoris caponum mediocriter
pinguium ℥ iiii fisticorum amigdalarum pinearum
ana ℥ i specierum aromatici rosati ana ʒ ii specierum
triasandali completorum ʒ i
Amidi
Dragaganti
liquiritie ana ℈ i
Rosarum
gummi arabici
zuccari quantum sufficit fiat electuarium vel confectio

Confectio pro renibus

℞ Seminis sancti ʒ i s
Cimini ℈ i
Cinamomi ℈ ii
Cornu cervi usti ℈ ii
turbit fracti ʒ iii

Zuccari quantum sufficit fiat confectio o o

Confectio contra venenum posita ab Avicenna vi.

Confectio contra venenum posita ab Avicenna vi. x. capitulo primo

℞ Rute sicce pt. xx
Nucum pt. ij.
Salis pt. v.
ficuum siccarum incorporentur simul et fiat confectio

Confectio dyamusti imitalis

℞ Specierum dyamusti dulcis ʒ. j.
dyambre ʒ. ij.
lingue avis
Rasure eboris] an. ʒ. ß.
neptine
zuccari albi ℥. v. fiat confectio solida cum aqua matrisilve in rotulis

Confectio cum reubarbaro

℞ Sandalorum alborum et rubeorum
violarum] an. ʒ ß
zinziberis
Anisi
Cinamomi
Croci
Musti
Mastices
zuccari albissimi ℔. ij. et fiat confectio solida datur mulieribus ʒ. iiij.

Alia confectio dyaturbith cum reubarbaro

℞ Sandalorum alborum et rubeorum
violarum] an. ʒ ß
zinziberis
Anisi
Cinamomi
Croci] an. ʒ. ß.
Mastices
Turbit hermodactilorum] an. ℥ ß.
hermodactilorum
dyagridii ʒ. iij. ß.
Reubarbari ʒ. iij.
zuccari albi ℔. j. fiat confectio solida

Confectio solutiva pro vermibus

℞ Reubarbari torrefacti
Seminis sancti] an. ʒ. j.
Margaritarum ʒ. ß.
Cornu cervi usti ℈. j.
zuccari albi ℔. j. et fiat confectio cum aqua rute

Confectio pro pleureticis

℞ Specierum dyamargaritarum descriptionis nostre ʒ. j. ß.
Specierum dyamusti dulcis ʒ. ß
zuccari ℥ v. fiat confectio cum aqua rosarum.

Confectio de fisticis

℞ fisticorum mundatorum ... ℥. iiij.
zuccari albi ℔. j. incorporentur simul in mortario cum aqua rosarum q. s. et coquantur super ignem et fiat confectio cum speciebus triasandali aliquando et aliquando cum cinamomo potest confici solutiva ut scitis

Confectio de pruneis

℞ prunorum ut dictum est de fisticis sine speciebus et aliqualiter infusarum in aqua rute vel vino malvatico per ij. horas

Confectio

℞ Sandalorum alborum et rubeorum
violarum] an. ʒ. j. ß.
zinziberis
Salis indi ʒ j vel ʒ ij.
Turbit
hermodactilorum] an. ʒ. j.
Reubarbari ʒ. iiij
Dyagridii ʒ. iij. ß.
zuccari albi ℔. ij. fiat confectio

Confectio laxativa que dicitur dyarob

℞ dyagridii ℥. ß.
turbith ʒ. ij.
zinziberis
galange] an. ʒ. ß.
Cinamomi
zuccari ℥. viij. vel octo et fiat confectio

DE AQUIS

Aqua sompnifera

℞ papaveris nigri
Jusquiami] an. ℔. j.
Amomi ℥. ij. vel ℥. j.
distemperentur cum aqua neufaris aut cum succo eius quantum sufficit

Ad faciendum lixivium capitale

℞ Calamenti
origani] an. ʒ j. ß
pulegii
vite
salvie] an. ℔. ij.
rorismarini
maiorane
Sticados arabici ʒ. j.
Arab. absinthii ʒ. ij.
foliorum et baccarum lauri an. ʒ j. ß. fiat lixivium

Aqua ad restringendum lacrimas

℞ Tucie preparate ℥. j.
Granatorum ʒ ß.
Sandali
Acatie] an. ℈. ß. pt. ij.
Antimonii
Camphore ℈. ij.
Terre sigillate ʒ ß.
Aquarum feniculi
Celidonie] an. ℥. j.
Aquarum violarum
Rosarum] an. ℥. ij.
vini montani subtilis et clari ℥. iiij. bulliant omnia simul in duplici vase usque ad consumptionem medietatis et colentur per pannum

Aqua pectoralis

℞ Sebesten
ficuum pinguium] an. numero iiij.
Dactilorum ...
Capilli veneris
violarum
passularum] an. ℥. ß.
liquiritie
Ireos (?) ... ℥. j.
Cinamomi ʒ. ij.
Seminis Anisi
feniculi
Eupatorii] an. ℥. j.
ysopi
Jujubarum numero xxx. zuccari vel mellis ℥. ij. aque fluvialis ℔. x. bulliat usque ad consumptionem 3e partis in fine addatur zuccarum vel mel et fiat aqua

Aqua restringens fluxum disinterie maxime in pueris et in aliis

℞ aque rosate ℥ vj

gariofili · mastici · sumac — ana ʒ j a p.

ponantur dicte species grosso modo contuse in una fillapina que ponatur in lebete pleno aqua et ponatur ad bulliendum donec consumatur aqua colli fiale dosis eius est coclear unum

Aqua epatica

℞ seminis endivie · scariole · lactuce · spice · capillorum veneris · sandalorum alborum et rubeorum — ana ʒ j

seminum communium frigidorum ʒ ij

rasure eboris ʒ s

spodij ʒ j

radicum feniculi · petrosilini · apij — ana ʒ ij

radicum endivie ʒ iij

modicum aceti

zuccari ℥ j s

aque fontis lb iij buliat usque ad consumptionem medietatis

Locio valens in principio lepre frigidis et aliarum defedarum cutis

℞ nitre · sarcocolle — ana ʒ iij

radicum yreos citrine · pancedani vel peucedani · aristologie rotunde — ana ʒ vj

elebori nigri ʒ ij

furfure · seminis malue silvestre — ana ℥ iij

Contundantur grosso modo et in aceto infundantur et buliat in 3bus (?) situl' aque usque ad consumptionem 3e partis

Locio pro scabie ex qua abluatur exterius

℞ radicum enule recentium · radicum malue et foliorum · radicum lapacij et foliorum acuti · furfure — ana ℥ j

furfuris frumenti grossi ℥ s

